3R HOLT 00 24

III

532
5

M

I

BIBLIOTECA
CARCANOLÓGICA
L.B. Horacio

CAROLI LINNAEI
EQVITIS DE STELLA POLARI,
ARCHIATRI REGII, MED. ET BOTAN. PROFESS. VPSAL.
ACAD. VPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.
LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

SYSTEMA NATVRAE

PER

REGNA TRIA NATVRAE,

SECVNDVM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CVM

CHARACTERIBVS, DIFFERENTIIS, SYNONYMIS, LOCIS.

TOMVS I.

PRAEFATVS EST

IOANNES IOACHIMVS LANGIVS

MATH. PROF. PVBL. ORD. HALENS. ACAD. IMP. ET BORVSS. COLLEGA.

AD EDITIONEM DECIMAM REFORMATAM HOLMIENSEM.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS ET SVMTIBVS IO. IAC. CVRT. M DCC LV.

O IEHOVA

Quam ampla ſunt Tua Opera!
Quam ſapienter Ea feciſti!
Quam plena eſt Terra poſſeſſione Tua!

S:AE R:AE M:TIS SVMMAE FIDEI VIRO
CELSISSIMO ILLVSTRISSIMOQVE
COMITI
D.NO CAR. G. TESSIN,
REGIS REGNIQVE SVIOGOTHICI SENATORI,
REGIAE CANCELLARIAE PRAESIDI,
AD AVLAM REGIARVM CELSITVDINVM SVMMO MARESCHALLO,
EDVCATIONI SERENISS. PRINCIPIS GVSTAVI PRAEFECTO,
CANCELLARIO ACADEMIAE ABOENSIS,
ORDINIS S:AE R:AE MAIEST. SERAPHINORVM EQVITI AVRATO ET COMMENDATORI, EQVITI AVRATO DE AQVILA NIGRA, NEC NON OMNIVM S:AE R:AE MAIEST. SVECICAE ORDINVM CANCELLARIO
SACRVM.

Cum quiuis auctor ſperet ſe apud poſteros gratiam habere et poſſe ſecum duratura nomina educere,
AVCTORI meae fortunae Libellum decimo nunc offero;
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetiit;
ILLE mihi ſpartam Medici claſſici procurauit;
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliauit;
ILLE mihi Titulum, quo diſtinguor, parauit;
ILLE me ad Sereniſſ. Reges introduxit;
ILLE meas errare boues vt cernis et ipſum
ludere quae vellem calamo permiſit agreſti;

quare

cana prius gelido deſint abſinthia ponto
quam immemor viuam

TANTI MAECENATIS

Vpſaliae 1757,
d. 24 Maii.

Cultor deuotiſſimus
C. LINNAEVS.

Magnus eſt DEVS noſter,
et magna eſt potentia Eius,
et potentiae Eius non eſt numerus.

NATV-

NATVRALISTIS

IOANNES IOACHIMVS LANGIVS.

VOs compello, et denominatione hac, vobis honorifica, designo, qui in *Historiae naturalis* studio ita versamini, vt in cognitione rerum naturalium acquirenda et augenda non circa singularia et individua dignoscenda atque sicut vsus fert denominanda haereatis, sed subiecta haec secundum *conuenientiam* et *differentiam* nosse cupiatis. Ita enim *varietates* a *speciebus*, has a *generibus*, caute distinguere, in *ordines* et *classes* digerere atque notiones has adaequatis *descriptionibus*, *appellationibus* et *terminis technicis* munire gaudetis. Vobis offertur omnium subiectorum, quae ex tribus naturae regnis innotuerunt, adaequata, concinna, distincta descriptio: imo, quod vix optari, nedum exspectari poterat; habetis non classium solum et ordinum; sed et generum atque specierum

NVMEROS ET NOMINA.

Tanto maius pretium huic labori est constituendum, quo magis expedita via nunc per amplissima haec regna p. tet. Omnes hactenus in lucem protracti thesauri naturae hic in compendio quidem, non parca tamen manu, offeruntur. Fructum hunc debemus stupendo illi labori et sollertiae nunquam satis mirandae, qua summus LINNAEVS in suam potestatem redegit haec omnia nobisque tradidit. Et quam multae operae in hoc negotio exantlatae nostrum conspectum fugiunt? Non vnum enim Augiae stabulum *Herculi* huic fuit repurgandum. Erat tempus, de quo Virgilius canit:

Nauita tunc stellis *numeros* et *nomina* fecit.

Noster Eques de stella polari, dum animalibus, vegetabilibus, mineralibus

numeros et nomina fecit,

stellarum, quae videri, distingui et numerari possunt, numerum et nomina multoties superauit. Labor vero is, quo characteres obseruantur, subiecta affinia affinibus comparantur, in ordinem concinnum rediguntur, descriptionibus et appellationibus ornantur, longe illum superat, quo nauita fecisse dicitur

Numeros et nomina.

Vel meo exemplo intelligo, quanta sint perillustris LINNAEI in studium Historiae naturalis merita, et quanta alacritate hunc laborem susceperturi sint *naturalistae*. Mihi valde iuueni obuiam quasi iuerunt petrefacta agri Halensis et Mansfeldensis, inuitarunt me, vt lapidicinas et fodinas xylanthracum, lithantracum, schisti cupriferi, atque officinas fusorias et eliquatorias in vicinia lustrarem. Haec visa ad studia academica et scientiam imprimis naturalem accedentem inuitarunt, vt in metalli fodinas Saxoniae, Bohemiae, Herciniae, Thuringiae descenderem. Nulla ex eo tempore dies erat sine linea, apparatus rerum naturalium, indies augebatur, studium subiecta haec distincte cognoscendi cum mole et numero crescebat. Tales eo magis desiderabam descriptiones, quales Botanici, de regno

gno vegetabili dederunt, quo lubentius ego, muneri docendi publico admotus, iuuenum animos ad haec ſtudia incendere, incenſos erudire cupiebam, praeſertim cum anno 38 videre mihi contigerit LINNAEI noſtri *Genera plantarum*. Quoscunque ſcriptorum antiquorum, mediorum, recentiorum conſulebam, illi me multis ſynonymis, homonymis, deſcriptionibus obſcuris, incompletis ambiguis onuſtum, vera et diſtincta cognitione vacuum, dimittebant: vt ſaepius dicendum mihi fuerit:

Feciſtis probe:
Incertior ſum multo, quam dudum.

Ipſe tentabam, cum anno 35 *Elementa philoſophiae* naturalis ediderim, lapides hos mouere, chemiae principiis in ſubſidium vocatis. Cum vero anno 38 D. I. I. LAWSON in itinere ſuo me inuiſeret et viderem *Syſtema naturae*, quod ſolo nomine ex praefatione *Generum plantarum* noueram, ſtatim mentem meam in tantum mutaui, vt magnum hunc architectum ſequi maluerim, quam nouum ſtruere aedificium, atque de edendo apud nos et ſimul in germanicam linguam transfundendo hoc ſyſtemate ſollicitus fui. Lectiones meae in Hiſtoriam naturalem inſtitutae mihi ipſi et auditoribus meis multo magis factae ſunt iucundae et proficuae dum Tantum ſequeremur ducem. Vix dici poteſt quantum hinc auctus fuerit amor in Hiſtoriam naturalem, plures inſtitutae ſunt rerum naturalium collectiones, ex meis his, vel potius Magni LINNAEI, diſcipulis euaſerunt in ſcholis et gymnaſiis quibusdam doctores Hiſtoriae naturalis. Ea apud nos fieri coeperunt, quae vt fierent I. BROWALLVS in *Diſcurſu de introducenda in Scholas et Gymnaſia Hiſtoriae naturalis lectione*, qui *Criticae Botanicae* iunctus eſt, optauit. Aucto ita diſcentium numero augebitur et docentium numerus, atque ita ſtudium hoc, quod fieri poteſt et debet, tandem vniuerſale fiet. Nec vanum eſſe hoc augurium, res ipſa loquitur. Poſt primam enim editionem Lugdunenſem huius ſyſtematis habemus

extra

extra *Sueciam* alteram *Lugdunenſem*, duas *Halenſes*, *Lipſienſem* vnam, *Pariſinam* vnam. Ipſe *Perilluſtris auctor* iteratis editionibus *Holmienſibus* incrementis Hiſtoriae naturalis ita proſpexit, vt nunc exhibuerit *decimam editionem*, quam appellauit *reformatam*, nos denominationem *locupletiſſimae editionis* iure meritoque addimus. Ea, quibus haec editio decima habet prae reliquis praecipua, vel ex ipſius molis augmento ſpectator aeſtimare poterit, attentus lector autem longe plura, eaque ſummo ſtudio in compendium redacta reperiet, quam ipſa moles polliceri videbatur. Noſtrum non eſt ea hic recenſere, quae ad naturam ipſam reformata, quae de nouo addita ſunt. Videantur abunde in ipſo opere, quae breuiter delineata ſunt in *Ratione Editionis*. Quae cum ita eſſent, nec tamen ſatis diu valde deſiderata haec editio apud nos, et vix niſi valde magno pretio haberi potuerit, non potui non inſtitutum typographi noſtri, Viri eximii *I. I. Curt*, de recudenda apud nos hac ipſa editione decima probare; praeſertim cum ex primis plagulis mihi oblatis intelligerem; eum nullis ſumtibus, nulli operae parcere, ſed operam dare vt noſtra editio Holmienſi nitore chartae et elegantia typorum minime cederet. Nec diſplicuit conſilium typographi de addenda titulo operis ſculptura ad rem ipſam valde appoſita. Ante omnia vero commendaui vt, quam fieri poſſet ſine mendis haec editio exemplar Holmienſe referret. Quam hoc in tot nominibus, in tot numeris ſit difficile, aequi rerum arbitri intelligunt. Puto tamen meam, quam in plurimis plagulis hac in re, quantum per reliquas occupationes licuit, adhibui operam, pauca praeteruidiſſe, tempeſtiue indicanda. Vale, *lector beneuole*, et his, tanquam *naturaliſta*, nomine hoc dignus, ita vtere, vt gloria in auctorem naturae ſummum, vtilitas in publicum redundet, quem Tibi ipſe LINNAEVS Hiſtoriae naturalis commendauit finem et vſum. Dabam in Regia Fridericiana Halenſi, menſe Februario Anni M DCC LX.

RATIO



RATIO EDITIONIS.

SYSTEMA NATVRAE iteratis vicibus prodiit.

1. Leydae 1735 Folio imper. pag. 12. a me per I. F. GRONOVIVM. *Conſpectus tantum operis et quaſi Mappa Geogr.*
2. Holmiae 1740 Octauo. pag. 80. a *me ipſo* reuiſum. *Auctum Animalium nomenclaturis, characteribus.*
3. Halae 1740 Quart-oblong. pag. 70. per I. I. LANGE. Latino-germanice, *caeterum idem cum* 1.
4. Pariſiis 1740 Octauo. pag. 108. t. I. per B. JVSSIEVM. *Adiecta nomina Gallica. idem cum* 2.
5. Halae 1747 Octauo. pag. 88. per M. G. AGNETHLER. *Nomina Germanica, caeterum idem cum* 2.
6. Holmiae 1748 Octauo. pag. 232. t. 8. auctum a me ipſo. *Characteres eſſent. Vegetabilium, Species Anim. et Lapid.*
7. Lipſiae 1748 Octauo. pag. 232. t. 8. per *Typographum. Nomina Germanica, caeterum idem cum* 6.
8. Holmiae 1753 Octau. p. 136. Vegetabilia per I. I. HAARTMAN. At regnum Lapideum Scarae 8vo per MÖLLER.
9. Leydae 1756 Octauo. pag. 226. per GRONOVIVM. *Pauciſſima de Auibus, Piſcibus. idem cum* 6.
10. Holmiae hac editione, longe auctius factum a *me ipſo*:
    Species animalium omnium mihi cognitorum cum Differentiis, Synonymis, Locis, nominibus Triuialibus.
    Methodus *Animalium* ex nouis obſeruatis reformata.
    Piſcium imprimis noua methodus cum Auctorum obſeruatis radiis pinnarum.
    Plantarum reformati characteres, emendatae differentiae variae.
    Lapidum plures ſpecies, obſeruationes, et omnium Nom. Triuialia.
    Obſeruationes in Regna Naturae nouae, cum introductione in Naturam.

COLLECTANEA, quae obtinere potui, disposui; imprimis adiuuarunt

S:i ADOLPHI FRIDERICI Regis Museum *tom.* I. quem edidi, et *tom.* 2. *Msc.* de *Animalibus* exoticis, quem composui.

S:ae LOVISAE VLRICAE Reginae Museum *Msc.* in *Conchiliis* et *Insectis* stupendum, descriptionibus adornaui.

C. TESSIN Museum. Holm. 1753. Fol. in *Lapidibus* et *Conchiliis* magnificum.

C. DE GEER Museum. *Amphibiis*, *Insectis* aliisque rarioribus diues.

VPSALIENSIS Museum Academiae: ex *Animalibus* vndiquaque conquisitis.

STOCKHOLMENSIS Museum Academiae Scientiarum. Variis pulchris naturalibus scatens.

ITINERA propria: *Oelandicum* 1741, *Gotlandicum* 1741, *Westrogothicum* 1746, *Scanicum* 1749, edita; et *Lapponicum* 1732, *Dalekarlicum* 1734 inedita.

Discipulorum quondam meorum instituta Itinera, mihi, ab exterorum gazophylaciis remoto, proficua:

C. TERNSTROEM in *Asiam* (sed periit in Poulicandor) 1745.

P. KALMII in *Pensyluaniam* et *Canadam*. 1747.

L. MONTINI in *Lapponiam Lulensem*. 1749.

F. HASSELQVIST in *Aegyptum* et *Palaestinam*. 1749.

O. TORENII in *Malabariam* et *Suratte*. 1750.

P. OSBECKII in *Chinam* et *Iauam*. 1750.

P. LOEFLINGII in *Hispaniam* et *Americam*. 1751.

P. I. BERGII in *Gotlandiam* insulam. 1752.

M. KAEHLERI in *Italiam* et *Apuliam*. 1752.

D. SOLANDRI in *Lapp. Pitensem* et *Tornensem*. 1753.

D. ROLANDRI in *Surinamum* et *Eustatium*. 1755.

FINEM Operis obtinuero, si inde

Peregrinatores dignoscant notiora antea naturalia.
Curiosi attentiores *Musea* intrantes, visa intelligant.
Docti noua, nec trita, *actis* suis inserant.
Scientia facilius *augeatur* sepositis vulgatioribus.
Nomina magis stabiliantur, imprimis *Triuialia* et Generica.

His vtere L. B. donec alii plura praestantioraque sistant.

Vpsaliae 1757. Maii 24.

IN-

Docuisti me DEVS a iuuentute mea,
et vsque nunc pronunciabo Mirabilia Tua.

INTROITVS.

HOMO mundi intraturus theatrum, quaeritur *Quis* sit: *vnde ortus?* e stemmate Creationis; *Quo tendat?* ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam; *Quo munere?* curiosum esse similemque quidem reliquis animantibus (quae vorant, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, commoda stabula quaerunt, proximis sui generis inseruiunt, vitam tuentur, sentiunt, percipiunt,) sed nobiliorem, vtpote qui meditatur, ratiocinatur, miratur pulchrum sapientis opus Artificis. O quam contemta res est homo, nisi supra humana se erexerit! Quid enim erat cur in numero viuentium se positum gauderet? an vt Cibos et Potiones percolaret? vt hoc corpus casurum periturumque sarciret? quae tanta necessitas in fundum telluris intimae hominem mersit, vt oblitus dierum, oblitus fortunae melioris, ab hoc se auerteret? Puto certe multos ad sapientiam peruenturos, nisi superbia magnae fortunae inflati, putassent se peruenisse; sapiens vtique est, qui fines respicit.

Finis Creationis *telluris est gloria* DEI *ex Opere* Naturae *per* Hominem *solum.*

Tanto igitur magis nosse Naturam operae pretium, quo nullum maius est! neque enim quidquam habet in se huius materiae tractatio pulchrius, cum multa lateant futura vsui, quam quod hominem Magnificentia sua detinet, nec mercede, sed Miraculo colitur!

Quota enim pars operis Tanti nostris oculis committitur, et quam multa, praeter haec, quae vidimus, in secretum eunt nunquam humanis oculis orientia; neque enim omnia DEVS humanis oculis nota fecit. Multa etenim sunt quae esse audiuimus, qualia autem sint ignoramus! quamque multa venientis aeui populus, ignota nobis, sciet! multa seculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur; veniet tempus, quo ista quae nunc latent, in lucem dies extrahat et longioris aeui diligentia. Rerum enim Natura sacra sua non simul tradit; initiatos

nos credimus, in veſtibulo eius haeremus; illa arcana non promiſcue, non omnibus patent! reducta et interiori ſacrario clauſa ſunt; inuoluta veritas in alto latet.

Si in hoc iuuentus ſobria incumberet (*), hoc Maiores docerent, hoc Minores addiſcerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas poſita eſt, quam nunc in ſumma Tellure, et leui manu quaerimus. Magni omnino res eſt rerum Naturae latebras dimouere, nec contentum exteriore eius conſpectu, introſpicere et in Diuina ſecreta deſcendere. *Seneca.*

Intraui itaque denſas vmbroſasque Naturae Siluas, hinc inde horrentes acutiſſimis et hamatis ſpinis, euitaui quotquot licuit plurimas, at neminem tam eſſe circumſpectum didici, cuius non diligentia ſibi ipſi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinnos, humerisque inſilientium ſimiolorum ſpeculationes ſuſtinui, inceſſi viam et quem dederat curſum fortuna peregi.

IMPE-

O IEHOVA!

Quam magnifica ſunt Tua Opera!
Vir inſipiens non cognoſcit ea
et ſtultus non animaduertit ea.
David.

(*) *Confer Worm. muſ. praefat.* I.

IMPERIVM NATVRAE.

DEVM *sempiternum*, *omniscium*, *omnipotentem* a tergo transeuntem vidi et obstupui! legi aliquot Eius *vestigia* per creata rerum, in quibus omnibus, etiam minimis, vt fere nullis, quae Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Obseruaui *Animalia* inniti vegetabilibus, *Vegetabilia* terrestribus, *Terrestria* telluri; *Tellurem* dein ordine inconcusso volui circa solem, a quo vitam mutuatur; *Solem* demum circa axin gyrari cum reliquis *Astris*, systemaque *Siderum*, spatio et numero vix definiendum, mediante motu in vacuo nihilo suspensum teneri ab incomprehensibili *Mouente primo*, ENTE ENTIVM (a), *Caussa caussarum*, *Custode Rectoreque vniuersi*, *mundani huius operis Domino et Artifice*. *Vis illud* FATVM *vocare*, *non errabis*, *est ex quo suspensa sunt omnia*. *Vis illud* NATVRAM *vocare*, *non errabis*, *est ex quo nata sunt omnia*. *Vis illud* PROVIDENTIAM *vocare*, *recte dices*, *est cuius consilio mundus actus suos explicat* (b); *totus est* SENSVS, *totus* VISVS, *totus* AVDITVS, *totus* ANIMAE, *totus* ANIMI, *totus* SVI; *huius* EXTERA *indagare non capit humanae coniectura mentis* (c); NVMEN *esse credi par est*, *aeternum*, *immensum*, *neque genitum neque creatum* (d). *Hoc sine quo nihil est*, *quod totum hoc fundauit et condidit*, *quodque oculos nostros et implet et effugit*, *cogitatione tantum visendum est*; *in sanctiore enim secessu Maiestas tanta delituit*, *nec vlli dat aditum nisi animo*. (e)

MVNDVS complectitur omnia sub ioue, quae in notitiam nostram per sensus cadere possunt; sunt haec *Astra*, *Elementa*, *Tellusque* inenarrabili velocitate circumacta; *horum innoffensam velocitatem procedere videmus aeternae legis imperio*, *nec esse temere errantis hunc ordinem*, *neque quae temere coiuerunt tanta arte pendere*, *vt terrarum grauissimum pondus sedeat* (*quasi*) *immotum et circum se properantis coeli fugam spectet*. (f)

(a) *Aristoteli*. (b) *Senec. quaest. II: 45. hoc respectu, sed caute, ne effectus sumatur pro caussa*. (c) *Exod. XX: 4*. (d) *Plin. Nat. II. c. 7*. (e) *Senec. VII: 31*. (f) *Senec. I: 1*.

ASTRA sunt remotissima corpora lucida, quae gyrantur motu perpetuo; sunt haec aut SIDERA propria luce radiantia, vt *Sol*, remotioresque *Stellae fixae;* aut PLANETAE a sideribus lucem mutuantes, quorum primarii Solares: *Saturnus*, *Iupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius;* secundarii obsecundantes Planetis, vt *Luna* Telluri, aliique; *nec posse sine Custode tantum opus stare, nec hunc siderum discursum fortuiti impetus esse, nam quae casus incitat saepe turbari et cito arietare.* (g)

ELEMENTA sunt corpora simplicissima, atmosphaeram Planetarum constituentia, spatia inter Astra forte replentia:

TERRA *opaca, fixa, frigida, quiescens, sterilis.*
AQVA *diaphana, fluida, humida, penetrans, concipiens.*
AER *pellucidus, elasticus, siccus, obuolitans, generans.*
IGNIS *lucidus, resiliens, calidus, euolans, viuificans.*

Omnium Elementorum alterni recursus sunt, quidquid alteri perit in alterum transit; alternae sunt vices rerum. (h)

TELLVS est globus planetarius horis 24 rotatus, circum solem quotannis in orbem actus, *Elementorum* atmosphaera obvelatus, rerum *Naturalium* stupendo cortice tectus, cuius cognoscendae superficiei studemus. Globus hic terraqueus est, cuius depressiorem partem Aquae inundant et *Mare* lente coarctandum; elatiorem vero aquae fugiunt sensim dilatandam in *Continentem* siccam habitabilem. Haec Aquarum halitu, vi Aëris in *nubes* acto, irroratur, vt summi montes perennique niue Alpini *Scaturigines* in *Fluuios* perennes concurrentes, eamque permeantes, potum terresti cibo addant in alimentum incolarum, dum *Venti* morum excitant *Ignis* calore viuificatis corporibus. *Sic omnia adiumabunt Naturam, vt naturae opera peragantur* (i).

NATVRALIA sunt corpora cuncta Creatoris manu composita, corticem Telluris constituentia, in Regna Naturae tria diuisa, quorum limites concurrunt in Lithophytis.

LAPIDES corpora *congesta*, nec viua, nec sentientia.
VEGETABILIA corp. *organisata* et *viua*, non sentientia.
ANIMALIA corp. *organisata* et *viua* et *sentientia*, sponteque se mouentia. *Tota* enim *huius mundi concordia ex discordibus constat* (k); *Nec ad vnam Natura formam opus suum praestat, sed in ipsa varietate se iactat* (l).

HOMO

(g) *Senec.* (h) *Senec. III: 10.* (i) *Senec. III: 29.* (k) *Senec.* (l) *Senec. VII: 27.*

HOMO ſapiens, creatorum operum perfectiſſimum, vltimum et ſummum, in Telluris cortice, Maieſtatis Diuinae ſtupendis indiciis obtecto, conſtitutus, ſecundum ſenſus iudicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conſeruationem multiplicandam videt *Naturam*; ad vtrumque inuitant Pulchritudo, Mechaniſmus, Nexus, Fines, Commoda. *Sic totus Mundus gloria diuina plenus eſt* (m), *dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem* (n), qui ex inerti humo, Dei manu viuificata contemplatur auctoris ſui Maieſtatem ex ſine creationis, dignus hoſpes conſtitutus Summi Enris praeco. *Haec contemplatio Naturae euadit praeſentia voluptatis coeleſtis, cuius particeps Animus in luce obambulat et tanquam in terreſtri coelo vitam degit* (o); *Nec pietas aduerſus DEum, nec quanta huic gratia debeatur, ſine explicatione Naturae intelligi poteſt* (p).

SAPIENTIA, diuinae particula aurae, ſummum eſt attributum Hominis Sapientis. Primus Sapientiae gradus eſt res ipſas noſſe. Notitia conſiſtit in vera *idea* obiectorum, qua ſimilia a diſſimilibus diſtinguuntur *notis* propriis, a Creatore rebus inſcriptis; hanc notitiam vt cum aliis communicet, *nomina* propria non confundenda ſingulis diuerſis imponat; Nomina enim ſi pereunt, perit et rerum cognitio. Haec literae elementaque erunt, quibus deſtitutus nemo naturam legerit; quum *ignorato genere proprio, nulla deſcriptio quamuis accurate tradita, certum demonſtret, ſed plerumque fallit* (q).

METHODVS, anima Scientiae, ſiſtat notas proprias rebus inditas ſyſtematice digeſtas; Syſtema apte quinquies tantum ſubdiuiditur: ſic

Claſſis, Ordo, Genus, Species, Varietas.
Genus ſum. G. intermedium, G. proximum, Species, Indiuiduum.
Prouinciae, Territoria, Parocciae, Pagi, Domicilium.
Legiones, Cohortes, Manipuli, Contubernia, Miles.
Niſi enim in ordines redigantur et veluti caſtrorum acies diſtribuantur, tumultu et fluctuatione omnia perturbari neceſſe eſt (r).

NOMINA reſpondeant Methodo Syſtematicae; ſint itaque:
Nomina *Claſſium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatum,*
Character *Claſſium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatumq;*
Differentiis definita, nam nomina noſſe oportet qui rem ſcire velit,

(m) *Eſa. VI: 4.* (n) *Danid. CXVIII.* (o) *Act. holm.* (p) *Cicero.* (q) *Caeſalpinus.* (r) *Caeſalpinus.*

velit, *confusis enim nominibus omnia confundi necesse est. Nominum ideoque impositio primi hominis in aurea aetate actio erat.*

SCIENTIA Naturae innititur Cognitioni Naturalium Methodicae et Nomenclaturae Systematicae tamquam filo ariadneo, secundum quod Naturae maeandros vnice tutoque permeare liceat.

Ordo alius struentis est, alius est inhabitantis. Creator incepit a simplicissimis elementis Terreis, per Lapides, Vegetabilia, Animalia in homine desiit. Homo autem incipiat a se ipso, desinat in terra. Auctor Systematis a particularibus ad vniuersalia adscendat; Doctor vero contra a generalibus ad specialia descendat. Fontes enim concurrunt in riuos, hi in fluuios; adscendat autem nauta quousque poterit, nec tamen fontium vltimas origines attigerit. Data distincta rerum cognitione vltetius penetrandum in specialissimas Proprietates, Phaenomena, Mysteria, Dotes, Vires, Vsus; Naturalis quum Scientia trium regnorum Fundamentum sit omnis Diaetae, Medicinae, Oeconomiae tam priuatae quam ipsius naturae. *Felices agricolae bona si sua norint.*

Omnes res creatae sunt diuinae sapientiae er potentiae testes, diuitiae felicitatis humanae; ex harum vsu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conseruatione*, *Proportione*, *Renouatione*, potentia *Maiestatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus sibi relictis semper aestimata; a vere eruditis et Sapientibus semper exculta; peruerse doctis et barbaris semper inimica fuit.

RE-

Narrabo mirabilia Tua DOMINE,
et virtutem Terribilium Tuorum dicant
generationes.
Dauid.

REGNVM ANIMALE.

ANIMALIA organiſatione viua, neruis *ſentiunt*, *percipiunt*, ſeque ex arbitrio *mouent*, motu poſſibili.

VIVENTIA ſingula, in multiplicatione prodiga Natura, ordi-tur a minimis, generat in fluido, incipit in oui liquido, cum *omne viuum ex ouo.*

OVVM intra *Tunicas*, ſaepe includentes *Albumen*, continet *Vi-tellum*, cuius lateri emergenti inſertum *Punctum* ſaliens, *vege-tans* in Embryonem, *cauleſcentem* Funiculo vmbilicali, *radica-tum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem viuum compendium noui animalis ſuique ſimillimi, tamquam plumulam intra ſemen vegetabile; hoc Patris polline ſpermatico electriſatum calore excluditur; Punctum ſaliens enim Oui incubantis Auis oſtendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla; corculum hoc, ceſſans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aërea, ſenſim dilatata, liquores ſecundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viuentibus eſt tantum a prima creatione continuata vitae ramificatio, cum ouum ſit gemma matris ab exordio viua, licet non ſentiens ante foecundationem; ſic *Ge-neratio Aequiuoca nulla.*

CORPVS Animantium compoſita eſt machina:

NATVRALIS, vegetat e cranii *Tubere* cruſtato, *Caule* vertica-li, articulato, rigido, oppoſite ramoſo, cui inſident *Folia* carno-ſa, fibroſa, ſparſa, apicibus etiam affixa in Muſculos, prod-eunte *Fructificatione* genitalium e dichotomia vltima caulis.

VITALIS, e *Bulbo* Cordis perpetuo mobili, *radicata* vaſis la-cteis intra tubi inteſtinalis ſterquilinium, *ramificatur* ad cau-lem naturalem duplici canali circulante, ne ſuccus alimenta-ris quauis tempeſtate et ſtatu deficiat.

ANIMALIS, e *Bulbo* Cerebri repentisque Medullae, indolis in-cognitae, ſedis cogitantis, Fila ſimpliciſſima, electrica ad fibras omnes irritabiles exſerit, per quae cogitans ſentit et mouet.

ORGANA ſenſuum machinae ſunt phyſicae, inſertae extremi-tati nerui, ſenſorio cerebri proximi, quibus diuina arte per-cipit Animal:

OCVLVS: *Camera obſcura* imaginem proportione, figura, co-lore depingens.

AVRIS: *Tympanum* membranae chorda tenſae ſuper cochleam, a motu aetheris tremens.

NASVS: *Membrana* latiſſima, humida, contortuplicata, aëris perreptantis volatilia figens.

LINGVA: *Spongiolae* bibulae, ſparſae, humido ſolutum attrahentes.

TACTVS: *Papillae* molliuſculae, figuram impreſſam breui aſſumentes.

His gaudent plurima Animalia, ſed non omnia. Plura ſi Creatori addere placuiſſet, plura percepiſſent; vti Magnete praeſentiam Ferri, Electro electricitatis phaenomena. *Antennas* Inſectis ſolis conceſſit; nobis aeque ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex aethere appropinquantia; percipit *Tactus* ex vnione ſolida praeſentia; examinat *Naſus* volatilia neruis, *Lingua* ſolubilia fibris, aſſumenda: ſ. conceſſa ſalutaria, ſ. vetita noxia.

COGITANS allicit ad *velle* gratum, aut *nolle* ingratum.

GAVDIVM	puerile,	ſanguineum,	rubrum,	oleoſum,
	ſpongioſum,	tepidum,	libere pulſans,	anhelans,
	ridens,	tranſpirans,	promtum.	*Vita.*
METVS	iuuenilis,	phlegmatic.	palleſcens,	aquoſus,
	laxus,	horrens,	debile pulſans,	dyſpnoicus,
	ſuffocans,	caecans,	tremens.	*Morbus.*
IRA	virilis,	cholerica,	fuſca,	ſpirituoſa,
	ſtricta,	feruens,	dure pulſans,	aſthmatica,
	ſtertens,	micturiens,	agitans.	*Medicina.*
MOEROR	ſenilis,	melancholic.	ater,	acidus,
	rigidus,	frigidus,	tarde pulſans,	orthopnoicus,
	ſuſpirans,	obſtipans,	quieſcens.	*Mors.*

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga eripit, *Ira* armis defendit, *Moeror* amiſſa luget.

IMPERANTIVM cauſſa quemadmodum Populi non ſunt nati, ſed ſubditorum ordini ſeruando Imperantes conſtituti, ita Vegetabilium cauſſa Animalia Phytiphaga, phytiphagorum Carniuora, et ex his Maiora ob parua, Homo (qua animal in oeconomia naturae) ob maxima et ſingula, ſeſe vero praecipue, ſaeua mercede conducta tyrannidem exercent, vt Proportio cum nitore Reipublicae naturae perennet. Viciſſim ſinguli ciues conſpirant in Maieſtatem Hominis rationalis imperantis, cuius eſt ſummum Reipublicae auctorem agnoſcere.

RES

RES PVBLICA Naturae, tanquam Aqua e Fontibus in Riuulos, Amnes, Fluuios ad Mare tranans, e numerosissima *Plebe* in pauciores *Nobiles*, pauciſſimosque *Magnates* ad *Imperantem* adſcendit, dum Animalia minima, numero, vi, potentia facile infinita, in vſum cedant maioribus, inertioribus, praeſtantioribus, cum natura nunquam magis quam in minimis tota ſit.

OPERATIONES incolarum praecipuae ſunt: 1. *Multiplicare* Speciem, vt negotiis ſufficiant. 2. *Auferre* immunda, cadauera, languida, conſpurcata, ſtagnantia, acida, putrida, vt nitor aulae fulgeat. 3. *Detondere* quotannis vegetabilia, vt renouetur annuum theatrum; 4. *Aequilibrium* inter Species Animalium et Vegetabilium ſeruare, vt proportio perennet. 5. *Vindicare* ſe ipſos ab interitu, ne vacet adminiſtratio.

MINISTRI, propriis muniis praefixi, tot ſunt, quot animalium *Species*, ſinguli ad officia proprio commodo allecti, quum ex labore ſuſtentationem ſuam reportent; ne quidquam deficiat, vbi nihil ſuperuacaneum. Ne autem alter alterius negotiis ſeſe immiſceat, ſimulque lucrum alteri praeripiat; ſub poena capitali ſancita *Lex*, ipſa ſenſibus, Olfactus imprimis et Guſtus, inſcripta, ne transgreſſores excuſabiles euaderent. Sic rapina rerum omnium eſt, quam Armis, Fulcris, Munimentis, Halitu eludunt viuaciora, dum Languida ſuccumbant, et Vegetiora in motu feſtinent, vt opus naturae perenni flore rideat.

IMPVLSORES etiam praefixi ad munera promte peragenda: blanda *Venus* ad propagationem irritat; auara *Fames* ad ſuſtentationem impellit; atrox *Dolor* ad conſeruationem cogit; neque haec ſine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab intetna ſtructuta indicatur:

COR biloculare, biauritum; *Sanguine* calido, rubro.	viuipatis	*Mammalibus.*
	ouiparis	*Auibus.*
COR vniloculare, vniauritum; *Sanguine* frigido, rubro.	pulmone arbitrario	*Amphibiis.*
	branchiis externis	*Piſcibus.*
COR vniloculare, inauritum; *Sanie* frigida, albida.	antennatis	*Inſectis.*
	tentaculatis	*Vermibus.*

I. MAM-

I. MAMMALIA.

Cor biloculare, biauritum; Sanguine calido, rubro. (*)
Pulmones reſpirantes reciproce.
Maxillae incumbentes, tectae.
Penis intrans viuiparas, lactantes.
Senſus: Lingua, Nares, Tactus, Oculi, Aures.
Tegmenta: Pili, pauci indicis, pauciſſimi aquaticis.
Fulcra: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, *in quibus pedes poſteriores in caudae pinnam coaliti.*

II. AVES.

Cor biloculare, biauritum; Sanguine calido, rubro.
Pulmones reſpirantes reciproce.
Maxillae incumbentes, nudae, exſertae, edentulae.
Penis ſubintrans absque ſcroto ouiparas cruſta calcaria.
Senſus: Lingua, Nares, Oculi, Aures absque auriculis.
Tegmenta: Pennae incumbentes, imbricatae.
Fulcra: Pedes duo. Alae duae.

III. AMPHIBIA.

Cor vniloculare, vniauritum; Sanguine frigido, rubro.
Pulmones ſpirantes arbitrarie.
Maxillae incumbentes.
Penes bini. Oua plerisque membranacea.
Senſus: Lingua, Nares, Oculi, multis Aures.
Tegmenta coriacea nuda.
Fulcra varia variis, quibusdam nulla.

IV. PISCES.

Cor vniloculare, vniauritum; Sanguine frigido, rubro.
Branchiae extus comprimendae.
Maxillae incumbentes.
Penes nulli. Oua absque albumine.
Senſus: Lingua, Nares? Oculi (non Aures).
Tegmenta: Squamae imbricatae.
Fulcra: Pinnae natantes.

V. IN-

(*) In omnibus animalibus, quibus ſanguis non calet, ventriculus cordis eſt vnicus. *Hall. Boerh. I. p. 117, 191.* miratus itaque quod 2 ventriculos cordis Crocodilo adſcribat *Haſſelquiſt iter 293.*

V. INSECTA.

Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.

Spiracula: Pori laterales corporis.

Maxillae laterales.

Penes intrantes.

Senſus: Lingua, Oculi, Antennae in capite absque cerebro. (non Aures, Nares).

Tegmenta: cataphracta cute oſſea ſuſtentante.

Fulcra: Pedes, quibusdam Alae.

VI. VERMES.

Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.

Spiracula nulla?

Maxillae multifariae, variae variis.

Penes varii Hermaphroditis Androgynis.

Senſus: Tentacula, caput nullum (vix Oculi, non Aures, Nares).

Tegmenta interdum calcaria vel nulla, niſi Spinae.

Fulcra: nulli Pedes aut Pinnae.

CLAS-

Terribilia ſunt opera Tua DOMINE,
In multitudine virtutis Tuae, Te metientur inimici Tui.

CLASSIS I.

MAMMALIA.

MAMMALIA *haec et nulla alia mammata* Animalia, ex ſtructura, viſceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupedia*, nobiſcum Continentem inhabitant, tanquam inter hoſtes atrociſſimos, dum pauca *Pinnata* intra Pelagum ſe ſubducunt.

VESTITVS Quadrupedium e *Pilis* flexilibus, molliſſimis, diſtinctis, iniuriae minus obnoxiis; iisque fertilioribus in frigidis quam aeſtuantibus terris. Hi vero Pili in *Aculeos* coaliti (Erinaceo, Hyſtricibus), aculei explanati in *Squamas* (Mani), ſquamae coadunatae in *Scutum* (Daſypis); at pilorum vellus ſaepe diſtinctum *Saturis* (Cani, Equo), quae elongatae in *Iubam* (Equo, Sui); Sed Aquatica *nuda* euaſere, ne madefierent, niſi in terram exire aliquando neceſſe habeant. Praeterea Facies ſaepe *Verrucis*, Labia *Vibriſſis*, Mentum *Barba* (Homini, Simiae, Caprae) et Pedes *Callis* non raro notata ſunt.

FVLCRA, motus inſtrumenta, pro expeditiori fuga in euitando hoſtem, aut aſſequendo praedam, TERRESTRIBVS ſunt *Pedes* IV, quorum anteriores *Palmis* inſtruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice diuiſae (Primatibus, Didelphibus); Poſteriores autem *Plantis*, vt validius properarent, et hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, vt natarent, vel *Fiſſi* digitis ſeparatis, vt facilius currerent, aut *Talis* innixi, vt firmius perſiſterent (Homini, Vrſo); Ne vero fuga detererentur inter aſpera, vel denſo vellere manicati (Lepori timido, Vulpi Lagopodi, Bradypis), vel *Vngulis* tanquam calceis induti ſint digiti (biſulcis Pecoribus, Suibus), qui etiam *ſuccenturiatis* muniti talis, vel *Solipedes* indiuiſis pedibus (Equis); ſed in *manibus* ſaepe vngues plani, orbiculati (Homini, Simiis, Lemuribus); At vero rapaciores Ferae *vnguibus* armatae ſubulatis vt praedam apprehenderent, lacerarent, rerramque foderent; ſed *Volantia* vel manibus elongatis palmatisque aëra ſcandunt (Veſpertiliones), vel membrana inter palmas plantasque expandenda, velificant (Lemur, Sciurus, Mus). Aliter AQVATICA, quorum brachia intra latus retracta, et femora poſtice coadunata plantis in caudam horizontalem (Cetis).

ARMA

ARMA Mammalium praeter dictos vngues, nominandosque Dentes, imprimis *Cornua* cartilaginea capiti inserta sunt; haec vel *solida* perennia (Rhinoceroti), vel *ramosa* annua, primumque pilosa apiceque crescentia (Ceruis), vel *cana* vaginantia basique crescentia (Bobus, Capris, Ouibus).

CIBARIA instrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* saepe compressi Incisores, pro euellendo, rodendo, conscindendo; *Laniarii* conici longiores pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, et hi obtusi phytiphagis, acutiores carniuoris; at *edentula* solae Myrmecophagae et Manis euasere.

VMBRACVLVM est *Cauda*, qua turpissimae absconduntur partes; haec paucis *nulla* (Homini, Simiis et Muribus nonnullis), *abbreuiata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpae, Erinaceis), *elongata* ad pedum longitudinem et vltra (Canibus, Muribus, etc.); harum singulae vel *Nudae* (Muribus), vel *Prehensiles* conuoluendae proque quinta manu inseruientes (Simiis, Hystrici, Didelphibus), vel *Comosae* longis setis (Equis, Bobus), vel *Floccosae* apice penicilliformi (Leoni mari, Muri Iaculo), vel *Distichae* vtrinque pilosae (Sciuris, Myrmecophagae).

CVSTODES Animalium *Sensus* sunt pro conseruatione indiuidui; sed terrestribus Aures instructae *Auriculis* varia figura lobatis, pro acutiore auditu; Aquaticis vero auriculae nullae; *Nasus* figura varia interdum elongatus in *proboscidem* (Elephanti, Bestiis), situs supra Labium superius *fissum* (Gliribus) aut *lacunosum* (plerisque).

GENITALIVM curiosior indagatio abominabilis displicet, quamuis varia et singularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, quae tamen posset ad ordines naturales viam monstrare.

VENERE *Vaga* pruriunt pleraque, vbi Mares dimicant inter se, quo valentiores polleant pro sobole viuaciore, ineuntes feminas viuiparas foetum intra se excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioremue aetatem. *Polygamia* autem nonnullis, vbi Mas gynaeceum ex pluribus feminis sibi associatis defendit (Phocae); paucissimis vero *Monogamia* est, dum Mas et Femina indiuidui socii curam gerunt foetus (Simiae nonnullae, Lemur, Vespertiliones, Erinaceus),

MAMMAE lactantes feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinatae: *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoralesque* simul (Gliribus pluribus); *longitudinaliter* digestae (Suibus aliisque), at saepius binae pro singulo foetu ordinario.

COLVNTVR varia imprimis Pecora ob *Carnes*, *Lac*, *Corium*, *Vellera*, *Pinguedinem*; ad *Onera* vero Equus, Camelus, Elephas; instituuntur Ferae variae pro *venatu*, *muribus*, *serpentibus*; Viuariis asseruantur rariora.

ORDINES imprimis a dentibus desumuntur:

MAMMALIA
- Quadrupedia, (*unguibus armata*) Dentibus Primoribus
  - nullis utrinque — — *Bruta.* 2.
  - — superioribus, inferioribus pluribus — — *Pecora.* 6.
  - duobus; laniariis nullis — *Glires.* 5.
  - pluribus; laniariis
    - uno pluribus — *Bestiae.* 4.
    - solitariis; primoribus superioribus
      - quatuor *Primates.* 1.
      - sex obtusis *Belluae.* 7.
      - — acutis *Ferae.* 3.
- Pinnata (*mutica absque unguibus*) pinnis loco pedum instructa — — *Cete.* 8.

I. PRIMATES.

Dentes primores superiores *IV. paralleli.* Laniarii *solitarii.*
Mammae *pectorales*, *binae.*
Palmae *Manus sunt.*
Brachia *diducta clauiculis*, *incessu tetrapodo valgo.*
Scandunt *arbores earumque gazas legunt.*

II. BRVTA.

Dentes primores *nulli superius aut inferius.*
Incessus *ineptior.*

III. FERAE.

Dentes primores *vtrinque: superiores VI*, *omnes acutiores.*
Laniarii *solitarii.*
Vngues *pedum acuti.*
Victus *ore saeuientium e cadaueribus*, *rapina.*

IV. BESTIAE.

Dentes primores *vtrinque numero indeterminato.* Laniarii *semper vno plures.*
Nasus *elongatus*, *fodiens.*
Victus *e succosis radicibus*, *vermibus.*

V. GLIRES.

Dentes primores *superius inferiusque* 2. Laniarii *nulli.*
Pedes *cursu salientes.*
Victus *rodendo cortices*, *radices*, *vegetabilia*, etc.

VI. PECORA.

Dentes primores *inferiores plures*, *superiores nulli.*
Pedes *vngulati*, *bisulci.*
Victus *euellendo plantas ruminandas.*
Ventriculi 4: Ingluuies *macerans*, *ruminans*; Reticulum *cancellatum*, *recipiens*; Omasus *multiplicatus*, *consumens.* Abomasus *fasciatus*, *acescens Coagulo pro sebo*, *vt minus alcalescant.*

VII. BELLVAE.

Dentes primores *plures*, *obtusi.*
Incessus *grauis.*
Victus *extrahendo vegetabilia.*

VIII. CETE.

Pedum *loco pinnae pectorales et caudae (plagiura) plana.*
Vngues *nulli.*
Dentes *cartilagine.* Nasus *frontis saepe fistula.*
Victus *e Molluscis*, *Piscibus.*
Locus *pelagicus.*
Hos a Piscibus diuulsos iussi Mammalibus associari ob Cor biloculare calidum, *Pulmones respirantes*, *Aures cauas*, *Penem intrantem Feminam Mammis lactantem*, *idque ex lege naturae iure meritoque.*

AVCTORES: *Gesnerus*, *Aldrouandus* diffuse, epitomator eius *Ionstonus*, *Raius*, paucique alii passim, sed mancam reliquerunt *Historiam*, de nouo ordiendam secundum *notas* proprias; *Descriptionibus* attributorum, *Diaeta* varia, *Oeconomia* propria, reliquis, vt solida grana e furfurum quisquiliis depurentur; exemplaria proposui in Cane domestico, Ceruo Rhenone, Mure indico, Oue Ariete.

GENERVM Characteres compendiosi.

I. PRIMATES.

1. HOMO *nosce te ipsum.*
2. SIMIA *Dentes laniarii, hinc remoti.*
3. LEMVR *Dentes primores inferiores 6.*
4. VESPERTILIO *Manus palmatae volatiles.*

II. BRVTA.

5. ELEPHAS *Dentes laniarii et molares; Nasus proboscide elongatus.*
6. TRICHECVS *Dentes laniarii superiores; molares ex osse rugoso. Pedes postici coadunati.*
7. BRADYPVS *Dentes laniarii et molares. Nasus obtusus.*
8. MYRMECOPHAGA *Dentes nulli. Corpus pilosum.*
9. MANIS *Dentes nulli. Corpus squamatum.*

III. FERAE.

10. PHOCA *Dentes primores inferiores 4. Auriculae nullae.*
11. CANIS *Dentes primores superiores intermedii lobati.*
12. FELIS *Lingua aculeata. Vngues retractiles.*
13. VIVERRA *Lingua aculeata. Vngues exserti.*
14. MVSTELA *Dentes primores inferiores conferti: duobus alternis interioribus.*
15. VRSVS *Dentes primores superiores excauati. Penis osse flexuoso.*

IV. BESTIAE.

16. SVS *Dentes primores superiores 4, inferiores 8.*
17. DASYPVS *Corpus testa zonis intersecta.*
18. ERINACEVS *Dentes primores superiores 2, inferiores 2.*
19. TALPA *Dentes primores superiores 6, inferiores 8.*
20. SOREX *Dentes primores superiores 2, inferiores 4.*
21. DIDELPHIS *Dentes primores superiores 10, inferiores 8.*

V. GLI-

V. GLIRES.

22. RHINOCEROS *Cornu nasale.*
23. HYSTRIX *corpus Spinis tectum.*
24. LEPVS *Dentes primores superiores duplicati.*
25. CASTOR *Dentes primores superiores angulo recto excauati.*
26. MVS *Dentes primores superiores subulati.*
27. SCIVRVS *Dentes primores superiores cuneati; inferiores compressi.*

VI. PECORA.

28. CAMELVS *ecornis dentibus laniariis pluribus.*
29. MOSCHVS *ecornis dentibus laniariis solitariis: superioribus exsertis.*
30. CERVVS *Cornua solida, ramosa, deciduæ.*
31. CAPRA *Cornua tubulosa erecta.*
32. OVIS *Cornua tubulosa reclinata.*
33. BOS *Cornua tubulosa porrecta.*

VII. BELLVAE.

34. EQVVS *Dentes primores approximati.*
35. HIPPOPOTAMVS *Dentes primores distantes.*

VIII. CETE.

36. MONODON *Dens in maxilla superiore exsertus.*
37. BALAENA *Dentes cornei in maxilla superiore.*
38. PHYSETER *Dentes in maxilla tantum inferiore.*
39. DELPHINVS *Dentes in vtraque maxilla.*

I. PRIMATES.

Dentes Primores ſuperiores IV, paralleli.
Mammae Pectorales II.

1. HOMO noſce Te ipſum (*).

Sapiens, *Ferus.* 1. H. diurnus; *varians cultura, loco.*
tetrapus, mutus, hirſutus.
Iuuenis Vrſinus lithuanus. 1661.
Iuuenis Lupinus heſſenſis. 1344.
Iuuenis Ouinus hibernus. Tulp. obſ. IV: 9.
Iuuenis Hannoueranus.
Pueri 2 *Pyrenaici.* 1719.
Iohannes Leodicenſis.

Americanus. α. rufus, cholericus, rectus.
Pilis nigris, rectis, craſſis; *Naribus* patulis; *Facie* ephelitica, *Mento* ſubimberbi.
Pertinax, hilaris, liber.
Pingit ſe lineis daedaleis rubris.
Regitur Conſuetudine.

β. al.

(*) NOSSE SE IPSVM gradus eſt primus ſapientiae, dictumque *Solonis*, quondam ſcriptum litteris aureis ſupra *Dianae* Templum. *Muſ. ADOLPH. FRID. Praefat.*

Phyſiologice: Te contextum Neruis, intertextum Fibris, Machina tenella ſed adoleſcente in perfectiſſimam, facultatibus inſtructam fere omnibus, pluribusque, quam reliqua cuncta. *Nudum in nuda humo, natali die, abiecit natura ad vagitus ſtatim et ploratum, manibus pedibusque deuincriendum Animal caeteris imperaturum; cui ſcire nihil ſine doctrina: non fari, non ingredi, non veſci, non aliud natura ſponte. Plin. Vides itaque qualem vitam nobis rerum natura promiſit, quae primum naſcentium omen fletum eſſe voluit. Seneca.*

Diaetetice: Te ſanitate et tranquillitate, ſi noueris, felicem: *Moderatis* conſeruandum, *Nimiis* deſtruendum, *Variatis* afficiendum, *Inſuetis* frangendum, *Conſuetis* indurandum; polyphagum Culina inſtructiſſima, per errores gratiſſima, igne vinoque horrenda. *Parno fames conſtat, magno faſtidium. Seneca.*

Pathologice: Te tumidam vſque dum crepueris bullam, piloque pendulam in puncto fugientis temporis. *Nihil enim homine imbecillius terra alit. Homer. Nulli vita fragilior; nulli tot Morbi, tot Curae, tot Pericula. Breue vniuerſum vtique aeui tempus. Pars aequa morti ſimilis exigitur; nec reputantur Infantiae anni, qui ſenſu carent; nec Senectae in poenam viuaces: hebeſcunt Senſus, torpent Membra, praemoriuntur Viſus, Auditus, Incceſſus, Dentes, Ciborum inſtrumenta. Plin. Sic magna pars mortis iam praeteriit, quidquid aetatis retro eſt, Mors tenet. Totum denique hunc, quem vides populum, quousque cogitas eſſe; cito natura reuocauit et condet; Mors omnes aeque vocat; iratis Diis propitiisque moriendum. Senec. II. 59.*

Europaeus β. albus, sanguineus, torosus.
Pilis flauescentibus prolixis. Oculis caeruleis.
Lenis, acutissimus, inuentor.
Tegitur Vestimentis arctis.
Regitur Ritibus.

Asiaticus. γ. luridus, melancholicus, rigidus.
Pilis nigricantibus. *Oculis* fuscis.
Seuerus, fastuosus, auarus.
Tegitur Indumentis laxis.
Regitur Opinionibus.

Naturaliter: Te audacis naturae miraculum, Animalium Principem, cuius causa cuncta genuit natura, esse animal flens, ridens, melodum, loquens, docile, iudicans, admirans, sapientissimum; sed fragile, nudum, suapte natura inerme, ad omnem fortunae contumeliam proiectum, alienae opis indigens, anxiae mentis sollicitaeque tutelae, precarii spiritus, pertinacis spei, querulae vitae, tardae sapientiae. Temporis annihilati emortui contemtorem, praesentis viuidi dilapidatorem, futuri dubii aestimatorem in vita volueri, pretiosissima, irreuocabili; sic optima quaeque dies miseris mortalibus aeui prima fugit; alium ad quotidianum opus laboriosa Egestas vocat; alium Luxus incarcerat, altilemque suffocat; alium Ambitio numquam quieta sollicitat; alius Diuitiis, quas optauerat, metuit, et voto laborat suo; alium Solitudo, alium semper vestibulum obsidens turba. Hic se habere dolet Liberos, hic se perdidisse; Lacrymae nobis deerunt, antequam causae dolendi. Sed quousque nos malos nostra mala rapuere! circumferre pericula, ruere in ignotos, iratos sine iniuria, ferarum more occidere quem non oderimus, secundos optare ventos, quorum felicitas est ad bella perferre; parum videlicet ad mortes nostras terra late patet. *Senec. Caetera animantia congregari contra dissimilia, at Homini plurima ex homine mala. Plin.*

Politice: Te recti loco tenere errorem publicum factum, qui te vix enixum consuetudinis larua induit, nutrit, educat, alit, regit, secundum quam honestus, fortis, sapiens, moratus, pius existimaris; Cum gubernatus Opinione viuas ad Consuetudinem, nec ad Rationem. Te, inter perituros constitutum, cum nulli contigerit impune nasci, beneficii loco petere, vt vltimus ceruicem praebeas, dum interim, dulci fortuna ebrius, colligendo in craftinum Lapillos fortunae certas, verbis in furorem ageris, aliter theoretice pios odio persequeris, quantosque tumultus excitas, non vt seruias, sed cui; nugis irreuocabile tempus consumis; immortalia aeternaque animo volutas, de seris nepotibus pronepotibusque disponis, nouas spes, oblitus conditionis Tuae, ponis, dum interea longa conantem mors opprimit, at in agone oculos aperiens (ἀνθρωπος) somnium primo obseruas; *Sic viuimus vt immortales. Senec.*

Moraliter: Te sub rudi larua Ineptum, Lasciuum, Imitatorem, Ambitiosum, Prodigum, Solicitum, Astutum, Austerum, Inuidum, Auarum. *transformari* in Attentum, Castum, Consideratum, Modestum, Sobrium, Tranquillum, Sincerum, Mitem, Beneficum, suis Contentum. *Vni animantium Luctus,*

Afer. ♂. niger, phlegmaticus, laxus.
Pilis atris, contortuplicatis. *Cute* holosericea. *Naso* simo. *Labiis* tumidis. *Feminis* sinus pudoris; *Mammae* lactantes prolixae.
Vafer, segnis, negligens.
Vngit se pingui.
Regitur Arbitrio.

Monstro-sus. ♀. solo (a) arte (b, c).
a. *Alpini* parui, agiles, timidi.
Patagonici magni, segnes.
b. *Monorchides* vt minus fertiles: Hottentotti.
Iunceae puellae abdomine attenuato: Europaeae.
c. *Macrocephali* capite conico: Chinenses.
Plagiocephali capite antice compresso: Canadenses.
Habitat inter Tropicos *sponte gratisque; per reliquam* Telluris *totam continentem coacte.*

CORPVS erectum, nudum, Pilis raris remotissimis adspersum, subsexpedale.

CAPVT obouatum: *Pileus* pilosus: *Syncipite* obtuso, *Vertice* obtusissimo, *Occipite* gibboso.

Facies nuda: *Frons* planiuscula, quadrata, *Temporibus* compressa, angulis sinu intra Pileum adscendens. *Supercilia* prominula pilis extrorsum imbricatis, interstincta. *Glabella* planiuscula. *Palpebra superior* mobilis, *inferior* quieta; vtraque *Ciliis* exstantibus subrecuruatis pectinata. *Oculi* rotundi: *Pupillae* orbiculata. *Genae* gibbae, molliusculae, coloratae. *Malae* compressiusculae vti *Buccae* laxiores. *Nasus* prominens, labio breuior, compressus, apice altior gibbosiorque: *Naribus* oualibus, intus

---

Luctus, Luxuria, Ambitio, Auaritia, Vinendique cupido; curat atque etiam post se de futuro. Plin.

Theologice: Te vltimum finem creationis;
In Telluris globum, omnipotentis magisterium, introductum; ratione sapiente, secundum sensus concludente, mundi contemplatorem; vt ex opere agnoscerес Creatorem omnipotentem, omniscium, immensum et sempiternum DEum.
(*Caetera reuelata a Theologis explicanda.*)
Duo namque sunt quae in cognitionem DEi ducunt, Creatio et Scriptura. Augustinus.
DEVS itaque Natura cognoscendus, dein Doctrina recognoscendus. Tertullian.
Homo solus DEVM contemplatur, Naturae et Reuelationis eundem Auctorem: quem te DEus esse iussit, et humana qua parte locatus es in re, discе, Pers. III. 71.

intus hirtis, margine craſſiuſculo. *Labium ſuperius* ſubperpendiculare, *Lacuna* exaratum; *Labium inferius* erectiuſculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtuſum, gibboſum. *Aures* laterales: *Auriculae* rotundato-lunatae, appreſſiuſculae, nudae, ſupra margine fornicatae; infra gibboſae, molles.

TRVNCVS conſtans Collo, Thorace, Dorſo, Abdomine.

Collum teretiuſculum, capite breuius; *Ceruicis Nucha* concaua; *Gula* ſupra concaua, medio ſubtus gibba.

Thorax antice poſticeque depreſſiuſculus. *Pectus* planiuſculum, Iugulo excauato, *Axillis* concauis barbatis, *Scrobiculo* planiore. *Mammae* duae, pectorales, diſtantes, gibbae, rotundatae: *Papilla* cylindrica, obtuſa, rugoſa.

Dorſum Tergo planiuſculo, *Humeris* exſtantibus, *Interſcapulio* depreſſo.

Abdomen gibbum, laxum: *Vmbilico* excauato, *Epigaſtrio* planiore, *Hypogaſtrio* gibboſiore, *Hypochondriis* rotundatis, *Inguinibus* planiuſculo-concauis. *Pubis* regio barbata. *Genitalia* exſerta: *Pene* cylindrico, *Scroto* ſubrotundo, rugoſo cute laxa, *ſutura* longitudinali per *Perinaeum* excurrente; ſ. *Vulua* gibba, compreſſiuſcula. *Anus* retractus.

ARTVS ex *Manibus* loco pedum anteriorum et *Pedibus* poſterioribus.

Manuum *Armi* diuaricati, craſſiuſculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obtuſo-prominulus. *Lacertae* craſſitie armorum, teretes, introrſum planiores. *Palmae* rotundatae, dilatatae, planae, extus conuexae; *Vola* concaua: *Digiti* V: *Pollex* remotus, breuior, craſſior. Digiti 2, 3, 4, 5 approximati, horum 5 minor reliquis, dein 2, 4, ſed 3 paulo longior. *Vngues* omnibus rotundati, plano-conuexi, *lunula* pallida.

Pedum *Femora* approximata, *Lumbis* muſculoſis, *Natibus* gibbis, carnoſis, *Genubus* introrſum verſis, obtuſiſſimis, ſubtus concauis. *Crura* longitudine femorum, poſtice muſculoſo-ventricoſa, inferne anguſtiora, antice macra. *Calcanei Talis* inſiſtentes, prominuli, gibbi: *Malleolis* lateralibus, vtrinque oppoſitis, hemiſphaericis, duriuſculis. *Plantae* oblongae, ſupra conuexiuſculae, ſubtus planae, transuerſe concauae. *Digiti* V: omnes incurui, ſubtus gibbi, approximati. *Pollex* craſſior, breuior; 2, 3 ſubaequales, 4, 5 decreſcentes; vltimo minimo. *Vngues* vt in Manibus omnes.

Dif-

Differt itaque a reliquis Corpore erecto nudo, at pilofo Capite, Superciliis, Ciliisque, tandem Pube, Axillis, Maribusque Mento. Feminis Nymphae et Clitoris; Mammae 2 pectorales. Caput Cerebro omnium maximo; Vuula; Facies abdomini parallela, nuda; Naſo prominente, compreſſo, breuiore; Mento prominente. Cauda nulla. Pedes Talis incedentes.

Troglodytes. 2. H. nocturnus (*).

Homo ſylueſtris Orang Outang. *Bont. iau.* 84. *t.* 84. Kakurlacko. *Kiöp. itin. c.* 86. *Dalin. orat.* 5.

Habitat in Aethiopiae *conterminis* (Plin.) *in* Iauae, Amboinae, Ternateae *ſpeluncis.*

Corpus *album, inceſſu erectum, noſtro dimidio minus.* Pili *albi, contortuplicati.* Oculi *orbiculati:* iride pupillaque *aurea.* Palpebrae *antice incumbentes cum Membrana nictitante.* Viſus *lateralis, nocturnus.* Aetas *XXV. annorum.* Die *caecutit, latet;* Noctu *videt, exit, furatur.* Loquitur *ſibilo. Cogitat, credit ſui cauſſa factam tellurem, ſe aliquando iterum fore imperantem, ſi fides peregrinatoribus.*

2. SI-

(*) *Genus* Troglodytae ab Homine diſtinctum, adhibita quamuis omni attentione, obtinere non potui, niſi aſſumerem notam lubricam, in aliis generibus non conſtantem. Nec Dentes laniarii, minime a reliquis remoti; nec Nymphae Caffrae, quibus carent Simiae, hunc ad ſimias reducere admittebant. Inquirant autoptae in viuo, qua ratione, modo notae aliquae exiſtant, ab hominis genere ſeparari queat, *nam inter ſimias verſantem oportet eſſe ſimiam. Apollodor.*

Speciem Troglodytae ab Homine ſapiente diſtinctiſſimam, nec noſtri generis illam nec ſanguinis eſſe, ſtatura quamuis ſimillimam, dubium non eſt: ne itaque varietatem credas, quam vel ſola Membrana nictitans abſolute negat.

Afri Pilos contortuplicatos, quamuis albos, in hoc miratus ſum, collatis imprimis Varietatum cauſſis in Plantis, in Pullo Gallinaceo, nec tamen quidquam de Mauris albis ex nigris ſtatui.

Praeadamitas nec dixi hos Troglodytas Plinii, quamuis nos vltimum ſimus Creationis opus.

Homo caudatus birſutus. Maupert. epiſt. 7. Kiöp. it. 79. Bont. iau. 85. an Aldr. digit. 249? incola orbis antarctici, nobis ignotus, ideoque vtrum ad Hominis aut Simiae genus pertineat, non determino. Mirum quod ignem excitet, carnesque aſſet, quamuis et crudas voret teſtimonio Peregrinantium.

2. SIMIA. *Dentes Primores* IV, approximati.
Laniarii ſolitarii, longiores hinc remoti.
Molares obtuſi.

* *Cauda nulla:* Simiae *veterum.*

Satyrus. 1. S. ecaudata ſubdus nuda. *Syſt. nat. VI. p.* 3.
Satyrus indicus. *Tulp. obſ. III. c.* 56.
Habitat in Africa, Aſia.
Magnitudo *pueri ſexennis.* Dorſum *crinibus nigris hirſutum, ſubtus ſ. antice vndique glaber.*

Sylvanus. 2. S. ecaudata, clunibus tuberoſo-calloſis. *Syſt. nat.* 3.
Simia. *Geſn. quadr.* 847.
Simius cynocephalus alter. *Alp. aegypt.* 241. *t.* 16.
Cercopithecus. *Ionſt. quadr. t.* 59. *f.* 5.
Habitat in Africa, Zeylona.
Frons *ad ſuperciliorum regionem transuerſe gibba.* Pellis *vrſina.* Scrotum *tamquam intra vuluam reconditum; vel penis intra Scroti foramen; autumno* Teſticuli *intumeſcunt.* Sedes *Feminae rapi inſtar extuberans. Minatur minis, cachinno blanditur, caffrorum more ſalutat. Sorbilia manu haurit. Femina menſtruat.*
Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 7. *obſ.* 40.

** *Cauda abbreuiata:* Papiones.

Sphinx. 3. S. ſemicaudata, ore vibriſſato, vnguibus acuminatis. *Syſt. nat.* 3.
Papio ſ. Baboon. *Geſn. quadr.* 352. *t.* 353. *Aldr. digit.* 260. *Ionſt. quadr.* 145. *t.* 61. *f.* 1. *Rai. quadr.* 158.
Habitat in Borneo.
Magnitudo *Moloſſi; incedens quatuor pedibus;* Scrotum *pendulum; Animal libidinoſum, feminis facile vim infert; litteras transferre addiſcit.*

Apedia. 4. S. ſemicaudata, palmarum pollice approximato, vnguibus oblongis: pollicum omnium rotundatis.
Simia cauda abrupta, vnguibus compreſſis: pollice palmarum digitis adhaerente. *Amoen. acad.* I. *p.* 278.

Habi-

Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis! *Ennius:* quod Simiae Mammae, Vuula, Vterus, Cilia, Muſculi Loquelae, Vngues hominis ſunt; *non vero* Rete mirabile, Clitoris, Nymphae.

Habitat in Indiis.
Magnitudo *et color Sciuri ſubgriſei; ſimilis S. ſciureae.*
Pollex *manuum anticarum non remotus.* Vngues *omnes oblongi, compreſſi, ſed pollicum tam anteriorum, quam poſticorum humanis ſimiles.* Cauda *breuiſſima, vix pollicis transuerſi.*

* * * *Cauda elongata:* Cercopitheci.

Silenus. 5. S. caudata barbata, corpore nigro, barba niuea prolixa.
Simia Callitriches magnitudine cynocephalorum. *Alp. aegypt.* 242?
Habitat in Aſia: *Zeylona, Iaua* etc.
Species obſcurior, ignotis Pedum vnguibus aliisque plurimis attributis.

Faunus. 6. S. caudata barbata, cauda apice floccoſa. *Syſt. nat.* 3.
Cercopithecus barbatus 1. *Cluſ. exot.* 371. *t.* 371. *Nieremb. nat.* 179. *Rai. quadr.* 153.
Habitat
Corpus nigricans; Barba, Pectus, anteriora abdominis alba.

Paniſcus. 7. S. caudata barbata, cauda prehenſili, palmis ſubtetradactylis. *Syſt. nat.* 3.
Simia fuſca maior, palmis tetradactylis, cauda prehenſili ad apicem ſubtus nuda. *Brown. iam.* 489.
Guariba. *Marcgr. braſ.* 229. *t.* 226. *Rai. quadr.* 153.
Habitat in America meridionali: Braſilia.
Corpus *nigrum.* Pedes *et* Cauda *dimidia exterior brunnea; Caudae extremitas hinc nuda, qua, quidquid e terra eleuet, prehendit.* Digiti *Pedum* 4-5. *Z. Hallman; eſt vero* Pollex *reliquis minor, introrſum a caeteris remotus,* Vnguesque *manuum rotundati, pedum ſubulati. D. Aymen. Pullos in dorſo gerit, qui ambiunt matris corpus poſterius anguſtius. Oriente et Occidente ſole congregantur concionem celebrantes. Marcgr.*

Diana. 8. S. caudata barbata, fronte barbaque faſtigiata. *Linn. act. Stockh.* 1754. *p.* 210. *t.* 6.
Cercopithecus barbatus guineenſis. *Marcgr. braſ.* 227. *t.* 228. *Rai. quadr.* 159.
Cercopithecus barbatus 2. *Cluſ. exot.* 311.
Habitat in Guinea.

Magni-

Magnitudo *Felis maioris, nigra punctis albidis.* Dorsum *postice ferrugineum.* Femora *subtus helvula.* Gula pectusque *alba.* Frons *pilis erectis, albis, fastigiatis, linea transuersa in formam lunae crescentis.* Barba *fastigiata, nigra subtus alba, insidens tuberi adiposo. Linea alba ab ano ad genua ab exteriori latere femorum ducta. Ludibunda omnia deiicit, peregrinos nutitando salutat; irata ore hiat maxillasque exagitat; vocata respondet greck.*

Cephus. 9. S. caudata, buccis barbatis, vertice flauescente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea.
Cercopithecus barbatus alius guineensis. *Marcgr. bras.* 228. *Rai. quadr.* 156.
Habitat in America.
Corpus subfuscum, subtus subcaerulescens; Os caerulescens: barba flauescens.

Aygula. 10. S. caudata subbarbata grisea, eminentia pilosa verticis longitudinali. *Osb. iter.* 99.
Habitat in India. *Osbeck.*
Corpus *griseum lupi coloris, subtus gula, pectore, abdomineque albicans.* Cauda *corpore longior, cinerea, attenuata.* Facies *planiuscula, albida, nuda.* Nasus *depressus, breuissimus, ab ore remotus, lacuna labii superioris gemina.* Bucca *subbarbata, longitudine menti subbarbati.* Supercilia *frontis gibba, prominentia.* Pedes *nigri:* Vngues *pollicum rotundati; reliqui oblongi.* Auriculae *acutiusculae.*

Hamadryas. 11. S. caudata imberbis, auribus comosis. *Syst. nat.* 3.
Simius cynocephalus, ad vtramque aurem magna coma. *Alp. aegypt.* 248.
Habitat in Africa.
Haec etiamnum obscura est.

Iacchus. 12. S. caudata, auribus villosis patulis, cauda hirsutissima longissima, vnguibus subulatis: pollicum rotundatis.
Simia auribus villosis patulis, vnguibus pollicum subrotundis. *Syst. nat.* 3.
Cercopithecus brasilianus 3, Sagouin. *Clus. exot.* 372. *t.* 372. *Rai. quadr.* 154. 160.
Cagui minor. *Marcgr. bras.* 227. *Pet. gaz.* 26. *t. f.* 5. *Klein dub.* 11. *t.* 1.
Habitat in America.

Cau-

Cauda *denſo vellere annulata.* Aures *villoſi, extus albi. Superba, iniuriarum impatiens, altiſſime clamitat, delicatula.*

Oedipus. 13. S. caudata imberbis, capillo dependente.
Cercopithecus minimus mexicanus, capillitio niueo. *Edw. au.* 195. *t.* 195.
Habitat in America.
Corpus *paruum, ſubtus album.* Capillitium *dependens, humano ſimile.* Cauda *longa, nigra, introrſum aurantia.*

Aethiops. 14. S. caudata imberbis, vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis.
Simia aethiops. *Haſſelqu. iter.* 190.
Habitat in Aethiopia. *Haſſelquiſt.*
Corpus *ſtatura Dianae, fuſcum, ſubtus album.* Cauda *tecta, ſubtus ferruginea.* Supercilia ſ. lunula *alba transuerſa.* Palpebra *ſuperior nuda, alba.* Aures *acutiuſculae.*

Midas. 15. S. caudata imberbis, labio ſuperiore fiſſo, auribus quadratis nudis.
Cercopithecus niger minimus, manibus et pedibus croceis. *Edw. au.* 196. *t.* 196.
Cay. *Rai. quadr.* 155.
Habitat in America.
Manus et Pedes lutei aut rubri. Corpus *atrum.* Cauda *longiſſima.* Aures *nudae, amplae, retuſae.* Vngues *omnes ſubulati ſ. ferini, exceptis pollicum plantarum rotundatis ſ. humanis.*

Cynamolgos. 16. S. caudata imberbis, naribus biſidis elatis, clunibus tuberoſis. *Syſt. nat.* 3.
Simia *aegyptiaca* cauda elongata, clunibus tuberoſis nudis. *Haſſelqu. iter.* 189.
Cercopithecus angolenſis maior. *Marcgr. braſ.* 227. *Rai. quadr.* 155.
Habitat in Africa.
Color *lupi ex fuſco viridi-flaueſcens.* Statura *vrſi.* Nates *caluae.* Cauda *arcuata.* Abdomen *albicans.*
Noctu vigilias inſtituit.

Apella. 17. S. caudata imberbis, cauda ſubprehenſili, corpore fuſco, pedibus nigris. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *t.* 1.

Habi-

Habitat in America.
Vndique circumſpiciens, Sono pulli Meleagridis famelici.

Morta 18. S. caudata imberbis, ore fuſco, corpore ſpadiceo, cauda nuda ſubſquamoſa.
Cercopithecus americanus minor Monkie dictus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 52. *t.* 33. *f.* 1.
Habitat in America.

Capucina. 19. S. caudata imberbis, cauda longa hirſuta, facie flauescente. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *t.* 2.
Habitat . . . .
Clamore horrendo hoſtes pellit; ſtridet ſaepius vti Cicada; irata latrat more catuli.

Sciurea. 20. S. caudata imberbis, occipite prominulo, vnguibus quatuor plantarum oblongis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 3.
Habitat in India.
Corpus *Sciuri, griſeo-virens, ſubtus pallidum.* Vlnae *et* Tibiae *ferrugineae.* Cauda *villoſa, corpore duplo longior.* Pollicum *vngues rotundati.*

Syrichta. 21. S. caudata imberbis, ore ciliisque vibriſſaris. *Syſt. nat.* 3.
Cercopithecus luzonicus minimus. *Pet. gaz.* 21. *t.* 13. *t.* 11.
Habitat in Luzonum *inſulis.*

3. LEMVR. *Dentes Primores* ſuperiores IV: intermediis remotis.
Inferiores VI, longiores, porrecti, compreſſi, paralleli, approximati.
Laniarii ſolitarii, approximati.
Molares plures, ſublobati: antici longiores acutiores.

tardigradus. 1. L. ecaudatus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 3.
Simia ecaudata, vnguibus indicis ſubulatis. *Syſt. nat.* 5. *n.* 2.
Ani-

Species *Simiarum inter Mammalia plurimae, ſed pauciſſimae rite deſcriptae et cognitae, plurimae obſcurae ignorantur.*
Simiae *ſuſpectae, memores, petulantes, imitatores, geſticulatores, indociles, minantur, vident, cibos bucca macerant, pediculos venantur, tactu excellunt, natos vlnis gerunt, menſtruant, terrefactae cacant immundae, vrinae meatu ſaepe diſtincto a vulva ſingulares.*

Animal cynocephalum tardigradum. *Seb. muſ.* 1. *p.* 55. *t.* 35. *f.* 1. 2. *et t.* 47. *f.* 1.

Animal elegantiſſimum robinſoni. *Rai. quadr.* 161.

Habitat in Zeylona.

Statura *Sciuri*, *ſubferruginea*, *linea dorſali ſubfuſca*; Gula *albidiore*. *Linea longitudinalis oculis interiecta alba*. Facies *tecta*. Auriculae *vrceolatae*, *intus bifoliatae*. Pedum *palmae plantaeque nudae*. Vngues *rotundati*: *indicum plantarum vero ſubulati*. Cauda *fere nulla*. Mammae 2 *in pectore*; 2 *in abdomine verſus pectus*.

Animal tardigradum, *auditu excellens*, *monogamum*.

Catta. 2. L. cauda annulata.

Simia-Sciurus madagaſcarienſis, ſiue Maucauco. *Edw. au.* 199. *t.* 199.

Habitat in Madagaſcar.

Statura *Felis*, *ſubcinerea*. Oculorum *regiones nigrae*. Caput *acuminatum*. Aures *tectae*. Cauda *longa*, *picta annulis atris cinereisque*. Vngues *ſubulati*: pollicibus *plantarum rotundiores*; *ſcandit vt Simia*, *ſed tardiuſcule*. *Habitu accedit ad Genettam auctorum*.

volans. 3. L. caudatus, membrana ambiente volitans. †.

Cato-Simius volans camelli. *Pet. gaz.* 14. *t.* 9. *f.* 8. *Act. angl.* 277. *n.* 1065.

Veſpertilio admirabilis. *Bont. iau.* 68. *t.* 69.

Felis volans ternatea. *Seb. muſ.* 1. *p.* 93. *t.* 58. *f.* 2. 3.

Habitat in Aſia.

Membrana *more Sciuri volantis ſ. Muris volantis a capite ad manus*, *a manibus per latera ad plantas*, *a plantis ad apicem caudae expanſa*. Vngues *acuti*. Mammae *duae pectorales*. Edit *fructus arborum*. *Ex mammis videtur Lemuribus ſ. Simiis proximum Animalculum*, *ſed nobis non viſum*; *vlterius examinent autoptae*.

4. VE-

4. VESPERTILIO. *Dentes* erecti, acuti, approximati: primores 4 aequales. *Manus* palmatae, volitantes membrana corpus cingente.

Vampyrus. 1. V. ecaudatus, naso simplici, membrana inter femora diuisa.
Vespertilio cauda nulla. *Syst. nat.* 7.
Canis volans ternatanus orientalis. *Seb. mus.* 1. *p.* 91. *t.* 57. *f.* 1. 2.
Vespertilio ingens. *Clus. exot.* 94. *Edw. au.* 180. *t.* 180. *f.* 2. 4.
Habitat in Asia.
Noctu haurit sanguinem dormientium, cristas Gallorum et lacrymas palmarum.

Spectrum. 2. V. ecaudatus, naso infundibuliformi lanceolato.
Canis volans maxima aurita. *Seb. mus.* 1. *p.* 92. *t.* 58. *f.* 1.
Habitat in America *australi. Rolander.*
Nares *extus infundibulum referentes, superne adscendentes in folium lanceolatum.* Aures *ouatae, interius laciuia subulata membranacea, longitudine Auriculae.* Dentes *Primores* 4. *Laniarii solitarii, magni, approximati reliquis. Molares anteriores breuiores, obtusiores.* Alarum *digiti* 4, *quorum* 1. *annexus* 2*do*; Pollex *brevis vngue arcuato.* Pedes *digitis* 5 *aequalibus, vnguibus arcuatis.* Calcaneus *exserit tendinem subulatum secundum marginem membranae inter pedes posticos, non coeuntem cum opposito.* Cauda *nulla.*

perspicillatus. 3. V. ecaudatus, naso foliato plano acuminato. *Syst. nat.* 7. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 7.
Vespertilio americanus vulgaris. *Seb. mus.* 1. *p.* 90. *t.* 55. *f.* 2. *Edw. au.* 201. *t.* 201. *f.* 1.
Vespertilio rostro appendice auriculae forma donato. *Sloan. iam.* 2. *p.* 330.
Habitat in America.
An haec femina sequentis?

Vespertilionum genus nocturnum volitat Palmis expansis palmatis membranaque laterali; Phalaenis imprimis victitans.

Spasma. 4. V. caudatus, naso foliato obcordato. *Syst. nat.* 7.
Glis volans ternatanus. *Seb. mus.* 1. *p.* 90. *t.* 56. *f.* 1.
Habitat in Asia.

leporinus. 5. V. caudatus, labio superiore bifido. *Syst. nat.* 7.* *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 7.*
Vespertilio, cato similis, americanus. *Seb. mus.* 1. *p.* 89. *t.* 55. *f.* 1.
Habitat in America.

auritus. 6. V. caudatus, naso oreque simplici, auriculis duplicatis capite maioribus.
Vespertilio auribus maioribus. *Frisch. au. t.* 103. *Edw. au. t.* 201. *f.* 3. *Olear. mus. t.* 15. *f.* 1.
Habitat in Europa.
Distincta species auriculis, nisi solo sexu a sequenti aliena?

murinus. 7. V. caudatus, naso oreque simplici, auriculis capite minoribus. *Faun. suec.* 18. *Syst. nat.* 7.
Vespertilio. *Bell. au.* 147. *Gesn. au.* 694. *Aldr. ornith.* 1. *p.* 571. *Ionst. au.* 53. *t.* 20. *Alb. au.* 3. *p.* 95. *t.* 101. *Rai. quadr.* 243. *Edw. au. t.* 201. *f.* 2.
Vespertilio auribus minoribus. *Frisch. au. t.* 102.
Habitat in Europa.
Nocte volat, victitat imprimis Phalaenis, capitur Arctii Lappae calycibus, hybernat, de terra non euolat; venenatus.
Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 1. *obs.* 48.

II. BRV-

Ouid. met. IV: 12. *Lucemque perosae*
Nocte volant, seroque tenent a vespera nomen.

II. BRVTA.

Dentes Primores nulli vtrinque.

5. ELEPHAS. *Dentes Primores* nulli.

Laniarii superiores elongati.

Proboſcis longiſſima, prehenſilis.

Corpus nudiuſculum.

maximus. 1. ELEPHAS. *Raj. quadr.* 123. *Syſt. nat.* II. *Seb. muſ.* I. *t.* III. *f.* 1.

Elephantus. *Geſn. quadr.* 377. *Aldr. quadr. l.* I. *c.* 9. *Jonſt. quadr.* 30. *t.* 78. *f.* 9.

Habitat in Zeylonae *paludoſis ad amnes, edit Ramos, Cocos, Guilandinae ſemina, Frumentum.*

Maximum quadrupes. Oculi *parui.* Dentes Laniarii *ſuperiores exſerti* (*Ebur*). Aures *ampliſſimae, pendulae, dentatae; act. angl.* 277. *p.* 1051. Cutis *craſſiſſima, calloſa.* Mammae 2 *iuxta pectus.* Vngues *in apicibus loborum pedum.* Genua *flexilia.* Collum *breue.*

Proboſcis *longiſſima, extenſilis, acute odorans, loco manus ipſi inſeruiens; ea cibum potumque haurit, hoſtemque pellit; ea praeciſa occiditur; murem metuit ſub ſomno ob tracheae inſertionem. Retro coit et mingit. Portat domus, rectore collo inſidente; in bello armatur falcibus; vulnuſculo inter axin et atlantem furioſus occiditur; caeterum prudens, docilis.*

Paxwax, *Ligamentum album, ad Caput elevandum et Collum ſuſtinendum, commune eſt quadrupedibus; at deeſt Homini et Simiis, cum erecti plerumque ſedeant et incedant, nec eo indigeant. Raius.*

6. TRICHECVS. *Dentes Primores* nulli.
Laniarii ſuperiores ſolitarii.
Molares ex oſſe rugoſo vtrinque inferius duo.
Labia geminata.
Pedes poſteriores coadunati in pinnam.

Manatus. 1. TRICHECVS. *Art. gen.* 79. *ſyn.* 107. *Syſt. nat.* 37.
Manatus. *Rond. piſc.* 490. *Geſn. piſc.* 213. *Hern. mex.* 323.
Manati. *Cluſ. exot.* 133. *Aldr. piſc.* 728.
Manati ſ. Vacca marina. *Raj. quadr.* 193.
Habitat in Mari Americano.
Labium *ſuperius muricatum Vibriſſis rigidis, incuruis.*
Pili *corporis remoti, breues.* Pedes antici *abbreuiati, palmati, vnguiculati;* poſtici *coadunati.* Mammae 2. *pectorales.*
Edit vegetabilia; manſueſcit; muſica delectatur. Caro eſculenta.

7. BRADYPVS. *Dentes Laniarii* obtuſiuſculi remotiſſimi.
Molares vtrinque obtuſi.
Corpus pilis tectum.

tridactylus. 1. B. manibus tridactylis, cauda breui. *Syſt. nat.* 6. *p.* 3. *Amoen. acad.* 1. *p.* 487.* *Muſ. Ad. Fr.* 4.
Arctopithaecus. *Geſn. quadr.* 869. *t.* 870.
Ai ſ. Ignauus. *Marcgr. braſ.* 221. *Cluſ. exot.* 110. *t.* 373. *Seb. muſ.* 1. *p.* 53. *t.* 33. *f.* 2. *Olear. muſ.* 7. *t.* 6. *f.* 2. *Piſ. braſ.* 321.
Habitat in Americae *meridionalis arboribus;* Victitat *foliis teneris; non bibit; imbres metuit.*
Gula *flaua.* Auriculae *nullae.* Cauda *ſubouata.* Digiti *combinati.* Vngues *palmarum* 3; *plantarum* 3. Mammae 2 *pectorales.* Corpus *valde piloſum. Vita tenax.*

Faci-

Facile ſcandit, tardiſſime et vix incedit, attonitus quaſi caput flectit; ſonus ſenarius adſcendens; clamor horrendus, lacrymae miſerae.

didactylus. 2. B. manibus didactylis, cauda nulla. *Syſt. nat.* 3. *Muſ. Ad. Fr.* 4.
Tardigradus ceilanicus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 54. *t.* 34. *f.* 1. *et t.* 33. *f.* 4.
Habitat in Zeylona.
Corpus *pilis ferrugineis vndulatis.* Caput *rotundatum.* Auriculae *magnae.* Vngues *in palmis* 2, *in plantis* 3. Mammae 2 *pectorales.*

8. MYRMECOPHAGA. *Dentes* nulli.
Lingua teres, extenſilis.
Corpus pilis tectum.

didactyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis. *Syſt. nat.* 8. *Muſ. Ad. Fr.* 8.*
Tamandua ſ. Coati americana alba. *Seb. muſ.* 1. *p.* 60. *t.* 37. *f.* 3.
Habitat in America *auſtrali.*

tridactyla. 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis. *Syſt. nat.* 8.
Tamandua-guaçu. *Marcgr. braſ.* 225. *Piſ. braſ.* 320. *Seb. muſ.* 1. *p.* 60. *t.* 37. *f.* 2. *et t.* 40. *f.* 1. *Rai. quadr.* 241.
Habitat in America *meridionali.*
Victitat *Formicis, inſectis, quorum nidos vngue ſecat.*
Macula nigra a pectore verſus latus ducta. Mammae *Pectorales* 2, *Abdominales* 6; *lente currit, cauda lata inſtar muſcarii ſe tegit, arbores etiam ſcandit.*

tetradactyla. 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Syſt. nat.* 8.
Tamandua 1. *Marcgr. braſ.* 226. *Rai. quadr.* 242. *Seb. muſ.* 27. *t.* 4 *f.* 2.
Habitat in America *meridionali.*
Noctu exit; die dormit capite ſub brachiis recondito; irata baculum prehendit, ſtertit, poſterioribus pedibus inſidens. Caudae *extremitas calua, qua ſe ex ramis arborum ſuſpendere poteſt, quod non in praecedenti.*

9. MANIS. *Dentes* nulli.

Lingua teres, extenſilis.

Corpus ſquamis tectum.

pentadactyla. 1. M. pedibus pentadactylis. *Syſt. nat.* 8. *Act. Stockh.* 1749. *p.* 265. *t.* 6. *f.* 3.

Armadillus ſquamatus maior ceylanicus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 88. *t.* 54. *f.* 1. *et t.* 53. *f.* 5. *Aldr. quadr.* 667.

Lacertus ſquamoſus. *Cluſ. exot.* 374. *Bont. iau.* 60. *Olear. muſ.* 8. *t.* 7. *f.* 1. *Pet. gaz.* 32. *t.* 20. *f.* 1. 2. *Raj. quadr.* 274.

Myrmecophagus ſquamatus ſ. Daemon thebaicus. *Herm. muſ.* 295.

Habitat in India *orientali.* Victitat *Formicis, Vermibus, Lacertis.*

Corpus *ſupra ſquamis haſi ſtriatis ſetisque interſtinctis veſtitum vt ſtrobilus; ſubtus hirtum eſt. Sed* Cauda *vtrinque ſquamoſa, etiam ſubtus imbricata.*

Auriculae *nudae rotundatae.* Vngues *primores medii maiores, quibus contractis incedit.*

Myrmecophagis *affinis. Irata ſquamas erigit horrida.*

Cauda pinguis in epulis expetita.

III. FE-

III. FERAE.

Dentes Primores ſuperiores ſex, acutiuſculi. Laniarii ſolitarii.

10. PHOCA. *Dentes Primores* ſuperiores VI paralleli: exteriores maiores.
Inferiores IV, paralleli, diſtincti, aequales, obtuſiuſculi.
Laniarii I: ſuperiores ab inciſoribus, inferiores a molaribus remoti.
Molares V ſ. VI, tricuſpidati.
Auriculae nullae.
Pedes poſtici coaliti.

vrſina. 1. P. capite auriculato.
Vrſus marinus. *Act. petropol. 2. ann.* 1749.
Habitat in Camſchatcae *maritimis inter* Aſiam et Americam *proximam, primario in inſula Beringii.*
Impetuoſiſſime natant, mares polygami gregatim degunt cum vxoribus, filiis, filiabus ad 120; *coeunt in litore reſupinata femina, vix metuunt hominem, mordent proiectum lapidem, ſenes elumbes quieſcunt pingues, proprium lapidem pro lecto habent, quem non deſerunt; bella inſtituunt propter vxores, lectum, aequum et iuſtum; ſuccumbente vno accurrit alter opem laturus, mox alteri alius, ne duo contra vnum, vsque dum omnes praelio inuoluti: moeſti lacrymas fundunt copioſiſſimas. Steller.*

leonina. 2. P. capite antice criſtato.
Leo marinus. *Anſon. itin.* 100. *t.* 100.
Habitat ad polum Antarcticum.

Phocae *genus natat ſub aqua, vix incedit ob pedes anticos retractos, poſticos vnitos: victitat piſcibus; pingue,*

Mas *labio ſuperiore criſtato.* Dentes 2 *fere exſerti in maxilla inferiore.*
Natant gregatim, pugnant pro feminis, excubias agunt.

Roſmarus. 3. P. dentibus laniariis ſuperioribus exſertis. *Syſt. nat.* 6. *n.* 8.
Roſmarus. *Olear. muſ.* 38. *t.* 23. *f.* 3. *Ionſt. piſc. t.* 44. *Worm. muſ.* 289. *Bonan. muſ.* 269. *f.* 27.
Mors ſ. Morſz, Roſmarus. *Geſn. aqv.* 211.
Wall-Roſſ. *Martens. ſpitsb.* 78. *t.* 1. *P. f. B.*
Equus marinus ſ. Hippopotamus falſo dictus. *Rai. quadr.* 191.
Habitat intra Zonam arcticam Europae, Aſiae, Americae.

vitulina. 4. P. dentibus laniariis rectis. *Syſt. nat.* 6. *n.* 1.
Phoca ſ. Vitulus marinus. *Geſn. aqu.* 702. *Aldr. piſc.* 722. *Ionſt. piſc.* 44. *Dodart. act.* 191. *t.* 191. *Rai. quadr.* 189.
Habitat in mari Europaeo.
Dormiunt in lapide ex aqua eminente, pariunt in glacie, per quam adſcendunt halitu, non deſcendunt. Mammas retrahunt duas abdominis; inter Halecum cateruas ſaginantur, a Laris prouocatae exſpuunt piſces.
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 9. *obſ.* 98. *et d.* 3. *a.* 7. *app.* 15.

11. CANIS. *Dentes Primores* ſuperiores VI: laterales longiores diſtantes: intermedii lobati.
Inferiores VI: laterales lobati.
Laniarii ſolitarii, incuruati.
Molares VI. ſ. VII. (pluresue quam in reliquis.)

familiaris. 1. C. cauda (ſiniſtrorſum) recuruata. *Faun. ſuec.* 12. *Syſt. nat.* 5. *Diſſ. Canis* 1. *t.* 1.
Canis. *Geſn. quadr.* 91. *Aldr. digit.* 482. *Ionſt. quadr.* 122. *Raj. quadr.* 176.

α. auri-

domeſtic. α. auriculis erectis, cauda ſubtus lanata.
ſagax. β. auriculis pendulis, digito ſpurio ad tibias poſticas.
graius. γ. magnitudine lupi, trunco curuato, roſtro attenuato. *Canis ſcoticus venaticus. Geſn. quadr.* 249. *Aldr.* 545.
Moloſſus. δ. magnitudine lupi, labiis ad latera pendulis, corpore toroſo. *Canis ſagax ſanguinarius. Geſn. quadr.* 251.
aquaticus. ε. pilo criſpo longo, inſtar ouis.
meliteus. ζ. magnitudine Sciuri.
fricator. η. naſo reſimo, auribus pendulis, corpore quadrato.
vertagus. ϑ. pedibus curuatis, trunco longo ſaepius variegato.
auicular. ι. cauda truncata. *Canis pantherinus. Aldr. digit.* 555.
extrarius. κ. auriculis longis lanatis pendulis. *Aldr. digit.* 561.
aegyptius. λ. nudus absque pilis.

Habitat ſaepius cum homine paſſim, etiam ſpontaneus euaſit.

Caput *vertice carinatum.* Labium *inferius lateribus dentatis nudis occultatum.* Myſtaces *ordinibus* 5. *ſ.* 6. Nares *extrorſum recuruato ſimi lunares.* Auriculae *margine baſeos ſuperiore reflexo; poſteriore duplicato; antico trilobo.* Verrucae *facici piloſae* 7. Suturae *velleris* 8: *collares, ſternea, cubitales, abdominales, oculares, lumbares, auriculares, anales.* Mammae 10: *harum quatuor in pectore.* Pedes *ſubpalmati.*

Edit carnes, vegetabilia farinoſa, non olera. Digerit oſſa; Vomitu a gramine purgatur, cacat ſupra lapidem: Album graecum, ſepticum ſummum. Potat lambendo, mingit ad latus, cum hoſpite ſaepe centies, odorat anum alterius, odoratu excellit naſo humido. Leuiſſime incedit ſupra digitos, vix ſudat, calidus linguam exſerit, cubitum iturus circumit locum, dormit auditu acutiore, ſomniat. Procis rixantibus crudelis, catullit cum variis, mordet illa illos, cohaeret copula iunctus; grauida 63 *diebus, parit ſaepe* 4 *ad* 8, *maſculis patri ſimilibus, femineis matri. Fidiſſimus omnium, docilis, odit ignotos, mordet proiectum lapidem, ad muſicam vlulat. Latrat in peregrinos, excepto cane Americae auſtralis; a Mahometanis reiectus.*

Lupus. 2. C. cauda incuruata. *Faun. ſuec.* 13. *Syſt. nat.* 5. Lupus. *Geſn. quadr.* 634. *Aldr. dig.* 144. *Ionſt. quadr.* 89. *Rai. quadr.* 173.

Habitat in Europae *ſyluis, etiam frigidioribus,*

Cater-

Canis *genus vorax, morſu laceranS, arbores non ſcandit; Penis nodoſus eſt.*

Cateruatim incedit, Pecora, Equos, Sues occidit, rarius hominem; in syluis suspiciosissimus vix audet; tractum funiculum metuit. Oculi *noctu lucent.*
Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 9. *obs.* 71. *et cent.* 10. *app.* 450.

Hyaena. 3. C. cauda recta annulata, pilis ceruicis erectis, auriculis nudis. *Syst. nat.* 5.
Lupus marinus. *Bellon. aquat.* 33. *t.* 34. *Jonst. quadr. t.* 57. *Gesn. quadr.* 674.
Taxus porcinus f. Hyaena veterum. *Kaempf. amoen.* 411. *t.* 407. *f.* 4.
Habitat in India.
Magnitudo *Suis*, Pili *dorsi subspithamaei, erecti, apicibus nigris.* Oculi *rostro propinquiores.* Auriculae *nudae.* Cauda *annulis nigricantibus verticillata; crura annulis nigris variegata.* Striae *corporis fuscae et nigrae, transuersales, a dorso ad ventrem ductae.*
Excauat terram degitque in antris, diutius sine cibo viuit, in humana cadauera saeuit, quae e tumulis effodit, coemiteriis infesta.

Vulpes. 4. C. cauda recta: apice albo. *Syst. nat.* 5.
Vulpes. *Gesn. quadr.* 966. *Aldr. dig.* 195. *Ionst. quadr.* 82. *Rai. quadr.* 177.
Habitat in Europa, Asia, Africa, *antra fodiens.*
Corpus *flauo-rufescens.* Aures *recti.* Maxillae *albae.* Pedes *antice nigrescentes.*
Degit in antris, quae fodit animal astutissimum; saeuit in Agnos, Anseres, Gallinas, Auiculas, non Accipitres foetidioresque; colligit stercora animalium. Fragrat ambrosiaco odore supra basin caudae.

Alopex. 5. C. cauda recta: apice nigro. *Syst. nat.* 5.
Vulpes campestris *vulgo.*
Habitat in Europa, Asia.

Lagopus. 6. C. cauda recta: apice concolore. *Syst. nat.* 5.
α. Vulpes alba. *Kalm. babuf.* 236.
β. Vulpes caerulescens. *Faun. Suec.* 14.
Habitat in alpibus Lapponicis, Sibiria.
Pedes densissime pilosi vt in Lepore.

aureus. 7. C. *Lupus aureus dictus.* †.
Lupus aureus. *Kaempf. amoen.* 413. *t.* 407. *f.* 3. *Rai. quadr.* 174.

Vul-

Vulpes indiae orientalis. *Valent. muſ.* 452. *t.* 452.
Adill. *Bell. itin.* 160.
Habitat in oriente.
Nitide flauus; caterwatim incedit, furto deditus; vno clamante clamant remoti alii, ambulante ſono nocturno; vlulatus exſecrabilis, quaſi eiulatus latratu interceptus. Deſcriptio *vera animalis etiamnum deficit.*

12. FELIS. *Dentes Primores* aequales.
Molares terni.
Lingua retrorſum aculeata.
Vngues retractiles.

Leo. 1. F. cauda elongata, corpore heluolo.
Felis cauda elongata floccoſa, thorace iubato. *Syſt. nat.* 6. *p.* 4. *n.* 1.
Leo. *Geſn. quadr.* 572. *Aldr. dig.* 2. *Jonſt. quadr.* 72. *Dodart. act.* 1. *t.* 1. *et* 7. *t.* 7. *Raj. quadr.* 162.
Habitat in Africa.
Color *luteo-rufus.* Frons *quadrata.* Cor *maximum.* Maris *Thorax hirſutus Caudaque floccoſa.*
Segnis, eſuriens praedatur de Equis et maioribus quadrupedibus, nec niſi famelicus homine; fugatur accenſa flamma; canibus coercetur. Retro mingit et coit? Rugitus horrendus a tracheae annulis integris imbricatis.
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 6. *Barth. act.* 1671. *n.* 17.

Tigris. 2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis. *Syſt. nat.* 4. *n.* 2.
Tigris. *Geſn. quadr.* 936. *Aldr. dig.* 101. *Ionſt. quadr.* 84. *Bont. jav.* 52. *t.* 53. *Rai. quadr.* 165.
Habitat in Aſia.
Magnitudo *Leonis. Maculae virgatae, transuerſae.* Pulcherrimum *animal tremendae velocitatis, homini peſſimus, deſolat indos; Mas occidit proprios filios.*
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 7. *et a.* 9. *obſ.* 194.

Pardus. 3. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus orbiculatis; inferioribus virgatis. *Syſt. nat.* 4. *n.* 3.
Panthera, Pardalis, Pardus, Leopardus. *Geſn. quadr.* 824.
Par-

Felis *genus ſobrium, ſcandit facile arbores, noctu potiſſimum ſpeculatur.*

Pardus mas, Panthera femina. *Alp. aegypt.* 237. *t.* 15. *f.* 2.
Pardalis. *Rai. quadr.* 166.
Tigris mexicana. *Hern. mex.* 498. *t.* 498.
Pinum Daſypus. *Nieremb. nat.* 153. *t.* 153.
Habitat in Indiis.

Onca. 4. F. cauda elongata, corpore flaueſcente maculis nigris rotundato angulatis medio flauis.
Pardus ſ. Lynx braſilienſis. *Rai. quadr.* 168.
Iaguara. *Marcgr. braſ.* 235. *Piſ. braſ.* 103.
Habitat in America *meridionali.*

Pardalis. 5. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus virgatis; inferioribus orbiculatis. *Syſt. nat.* 4. *n.* 4.
Cato-Pardus mexicanus. *Hern. mex.* 512. *t.* 512.
Catus Pardus ſ. Catus americanorum. *Rai. quadr.* 169.
Habitat in America.
Magnitudo *Melis ſupra fuſcus, ſubtus albicans; lineae punctaque nigra per totum corpus longitudinaliter ſparſa, ſed pedes et abdomen tantum punctis;* latera *lineis latioribus albis et fuſcis pinguntur.* Aures *breues, margine biſidae absque penicillis.* Pedes 5-4. Cauda *verticillato-variegata proportione Cati.* Myſtaces 4. *ordinum: in ſingulo ordine ſetae* 3. *ſ.* 5, *albae baſi nigrae, longitudine capitis.*

Catus. 6. F. cauda elongata, corpore faſciis nigricantibus; dorſalibus longitudinalibus tribus; lateralibus ſpiralibus.
Felis cauda elongata, auribus aequalibus. *Faun. ſuec.* 3. *Syſt. nat.* 4. *n.* 6.
Felis vulgo Catus. *Geſn. quadr.* 98. *Aldr. quadr.* 565. *Rai. quadr.* 98.
Felis. *Aldr. dig.* 564. *Ionſt. quadr.* 180. *t.* 72..
Habitat in Europae *auſtralis ſyluis.*
Moribus congenerum, tranquilla, ore molat, caudam erigit; excitata agiliſſima, ſcandit, irata fremit odore ambroſiaco, Murum Leo, in praedam intenta caudam mouet, oculi noctu lucent, inbiando praedam haurit, clamando rixandoque miſere amat. Pupilla interdiu perpendiculari-oblonga, noctu tereti-ampliata; vnguibus complicatis incedit, parce bibit, vrina corroſiua, ſtercus ſepelit, carnes edit vegetabiliaque reſpuit, os inſtante tempeſtate manu lauat, dorſum in tenebris electriſat; in altum acta decidit in pedes. Pulices non habet. Delectatur Maro, Nepeta, Valeriana.

7. F.

Lynx. 7. F. cauda abbreuiata, apice atra, auriculis apice barbatis.
Felis cauda truncata, colore rufescente maculato. *Faun. suec.* 4. *Syst. nat.* 4. *n.* 7. *It. Wgoth.* 222.
Lynx ceruarius. *Gesn. quadr* 677. *Tourn. it.* 2. *p.* 185.
Lynx. *Aldr. dig.* 90. *Ionst. quadr.* 82. *t.* 31. *Raj. quadr.* 166.
Habitat in Europae *syluis et desertis.*
Cauda *femoribus paulo breuior apice atra.* Palpebra *inferior albicans, vt et superior versus canthum maiorem.* Macula *linearis fusca pone oculos.* Auricularum *apices nigri.* Palpebrae *albae.*

13. VIVERRA. *Dentes Primores* VI: intermediis breuioribus.

Molares plures quam tres.

Lingua retrorsum aculeata.

Vngues exserti.

Ichneumon. 1. V. cauda e basi incrassata sensim attenuata.
Meles digitis mediis longioribus: lateralibus aequalibus, vnguibus subuniformibus. *Hasselqu. itin.* 191.
Meles vnguibus vniformibus, leucophaea. *Syst. nat.* 6.
Mus pharaonis. *Alpin. aegypt.* 14. *t.* 3.
Ichneumon. *Bellon. itin.* 96. *pisc.* 44. *Gesn. quadr.* 568. *Aldr. quadr.* 300. *t.* 301.
β. Mustela glauca. *Syst. nat.* 5. *Amoen. acad.* 2. *p.* 109.
Mustella s. Viuerra indis Mangutia. *Kaempf. amoen.* 574. *t.* 567.
Quil s. Quirpele. *Garc. Arom.* 163.
Serpenticida s. Muncos. *Rumpf. herb.* 7. *p.* 69. *t.* 28. *f.* 2. 3.
Ichneumon indicus. *Edw. an.* 199. *t.* 199.
Ichneumon s. Vulpecula zeilanica *Seb. mus.* 1. *p.* 66. *t.* 41. *f.* 1.
Habitat in Aegypto *ad ripas* Nili, *et in* India *primario; mansuescit.*
Frons *plana.* Labium *superius prominens.* Auriculae *rotundatae.* Mystaces *simplici serie in omnibus labiis lateralibus ad marginem.* Lingua *scabra.* Pollex *a reliquis distinctus.* Cauda *basi crassa, sensim attenuata, longitudine corporis.* Folliculus *ante aperturam ani, sub*

ſub aeſtu apertus. Pili *albido et griſeo nigreſcente verticillati.* Magnitudo *Cati*, *calcaneis incedit. Victitat muribus, auibus, ouis, amphibiis, herbis; ouа Crocodili effodit et haurit; Serpentum hoſtis.*

Memphitis. 2. V. cauda fuſca luteo-annulata, corpore ſpadiceo ſubtus flaueſcente.

Yſquiepatl. *Hern. mex.* 332. *Seb. muſ.* 1. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 1. *Raj. quadr.* 181.

Habitat in America.

Magnitudo *Martis.* Color *ſupra albus, ſubtus ex. albo et nigro variegatus.* Pedes *talis incedentes.* Vngues 5-5: *anteriores compreſſi, longi; poſteriores breuiores, ſubtus excauati.* Dentes *Primores ſuperiores in meo nulli; Primores inferiores* 6, *aequales, quorum* 2 *interiores; Laniarii ſupra et infra vtrinque approximati. Irritata fundit cum ventris crepitu halitum foetidiſſimum, vt nihil cum eo comparari queat.*

Putorius. 3. V. fuſca lineis quatuor albidis dorſalibus parallelis.

Putorius americanus ſtriatus. *Cateſb. carol.* 2. *p.* 62. *t.* 62.

Polcat, Skunk, Fiskatta. *Kalm. itin.* 2. *p.* 378.

Habitat in America *ſeptentrionali.*

Cauda *longitudine corporis, villoſa.*

Irritata vt antecedens halitum explodit, quo nihil foetidius.

Zibetha. 4. V. cauda annulata, dorſo cinereo nigroque vndatim ſtriato.

Ciuetta. *Cluſ. cur.* 57.

Animal Zibethicum. *Raj. quadr.* 178. *Dodart. act.* 155. *Hern. mex.* 538. 580. 581. *Olear. muſ.* 7. *t.* 6. *f.* 3.

Hyaena veteribus, nunc Ciuetta. *Bellon. itin.* 94.

Habitat in Indiis.

Corpus *oblongum.* Roſtrum *obtuſum.* Dentes *Primores ſuperiores* 6, *paralleli: intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medii paullo breuiores: alternis interioribus. Laniarii ſolitarii, vtrinque diſtantes. Molares acuti, denticulati. Aures tectae, breues. Corporis pili ſecundum dorſum longiores, cinereo nigroque vndati, rigidiuſculi.* Pedes *ſubtus nudi.* Vngues 5-5, *canini.* Cauda *felis annulata.*

Vtriculus Zibethi inter anum et vulvam in vtroque ſexu.

Anatome. *Barth. cent.* 4. *n.* 1. *et cent.* 5. *n.* 49.

5. V.

Genetta. 5. V. cauda annulata, corpore fuluo-nigricante maculato. †
Genetta f. Ginetta. *Rai. quadr.* 201. *Bell. itin.* 76. *Gesn. quadr.* 550.
Habitat in Oriente *iuxta riuos.*
Caudae *annuli* 8 *nigri; totidemque albicantes.* Corpus *croceo-nigricans, bene olens, maculis nigris ordine dispositis; mihi generis obscuri.*

14. MVSTELA. *Dentes Primores* superiores VI, erecti, acutiores, distincti. Inferiores VI. obtusiores conferti: duo interiores.
Lingua laeuis.

Lutris. 1. M. plantis palmatis pilosis, cauda corpore quadruplo breuiore.
Lutra marina. *Act. petropol.* 1749. *p.* 267.
Lutra brasilienſis. *Rai. quadr.* 187.
Habitat in Asia et America *septentrionali.*

Lutra. 2. M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breviore.
Lutra digitis aequalibus. *Faun. suec.* 10.
Lutra. *Bell. aquat.* 31. *t.* 32. *Gesn. aquat.* 515. *Aldr. quadr.* 294. *Dodart. act.* 147. *t.* 147. *Rai. quadr.* 187.
Habitat in Europae *aquis dulcibus, fluuiis, stagnis, piscinis.*
Victitat piscibus, ranis, cancris.
Anatome *E. N. C. d.* 1. *a.* 3. *obs.* 195. *et d.* 2. *a.* 10. *obs.* 112. *et cent.* 10. *app.* 468.

Gulo. 3. M. plantis fissis, corpore rufo-fusco medio dorsi nigro. *Faun. suec.* 6. *Syst. nat.* 5. *n.* 1.
Gulo. *Ol. Magn. Scheff. lapp.* 339. *Racz. polon.* 339.
Habitat in alpibus Lapponiae; Russiae, Sibiriae *syluis vastissimis.*
Victitat leporibus, auibus, Rangiferis, cadaueribus, admittit vulpem; voracior vrso; foetidus; Pellis praestantissima, pretiosissima.
Anatome. *Barth. cent.* 4. *obs.* 30.

barbata. 4. M. atra, collo ſubtus macula alba triloba.
Habitat in Braſilia. *M. Ac. Holmenſ.*
Confer. *Brown. iam.* 485. *t.* 49. *f.* 1. *Galera?*
Statura Martis, at nigra: pilis rigidioribus; auriculae *rotundae, villoſae. Area ante oculos cineraſcens.* Maculae *ſub medio collo, non vero ſub gula.* Mammae *pone vmbilicum* 4.

Martes. 5. M. plantis fiſſis, corpore fuluo nigricante, gula pallida.
Muſtela fuluo-nigricans, gula pallida. *Faun. Suec.* 3. *Syſt. nat.* 5. *n.* 2.
Martes. *Geſn. quadr.* 151. *Ionſt. quadr. t.* 64. *Rai. quadr.* 200.
Habitat in ſyluis antiquis.
Victitat Sciuris, Muribus, Auibus.

Putorius. 6. M. plantis fiſſis, corpore flauo nigricante, ore auriculiſque albis.
Muſtela flaueſcente nigricans, ore albo, collari flauo. *Faun. ſuec.* 8. *Syſt. nat.* 5. *n.* 3.
Putorius. *Geſn. quadr.* 767. *Aldr. vngu.* 330. *Ionſt. quadr. t.* 64. *Rai. quadr.* 199.
Habitat inter Europae *rupes et lapidum aceruos.*
Noctu praedatur Cuniculos, Gallinas. Auiculas, Oua rapit; ano halitu foetidiſſima.

Furo. 7. M. plantis fiſſis, oculis rubicundis. †
Muſtela ſylueſtris Viuerra dicta. *Rai. quadr.* 199.
Habitat in Africa.
Putorio minor; Auriculae arrectae patulae breues; Oculi rubicundi. Rai.

Zibellina. 8. M. plantis fiſſis, corpore obſcure fuluo, fronte exalbida, gutture cinereo. †
Muſtela Sibellina. *Rai. quadr.* 201.
Habitat in Aſia *ſeptentrionali.*
Color fuluo-obſcurus gutture cinereo; anterior pars capitis et auriculae exalbido-cinereae. Rai. Vibriſſae ad ſupercilia, nares, os longiſſimae.

Erminea. 9. M. plantis fiſſis, caudae apice atro.
Muſtela vulgaris. *Geſn. quadr.* 149. *Aldr. vngu.* 307. *Ionſt. quadr. t.* 74. *Rai. quadr.* 195.

β. Mu-

Muſtelae *genus corpore elongato pedibusque brevibus eſt, currit trunco incurvato, ſcandit arbores, ſalit ex arbore in arborem.*

β. Muſtela candida ſ. Ermineum. *Rai. quadr.* 198.
Muſtela alpina candida. *Wagn. heluet.* 180.
Habitat in Europa *et* Aſia *frigidiore; hyeme praeſertim in alpinis regionibus niuea.*
Confer. Muſtela iauanica. *Seb. muſ.* 1. *p.* 77. *t.* 48. *f.* 4.
Cauda *dimidia extrorſum nigra;* corpus *hyeme album, aeſtate rufum: excepto abdomine, pectore, gula.* Pellis *pretioſa hodie feminis noſtratibus.*
Edit Piſces, carnes, Mures, oua, Fungos, non vegetabilia; auariſſima, foetida, ſiticuloſa, noctu praedatur; terrefacta epilepſia corripitur.

15. VRSVS. *Dentes Primores* ſuperiores VI, intus excauati alterni.
Inferiores VI: laterales 2 longiores lobati; ſecundarii baſi interiores.
Laniarii ſolitarii, conici.
Molares V. ſ. VI: primo laniariis approximato.
Lingua laeuis.
Membrana nictitans. *Naſus* prominens.
Penis ſcatens oſſe recuruato.

Arctos. 1. V. cauda abrupta. *Faun. ſuec.* 2. *Syſt. nat.* 4. *n.* 1.
Vrſus. *Geſn. quadr.* 14. *Aldr. digit.* 117. *Ionſt. quadr. t.* 55. *Dodart. act.* 67. *t.* 67. *Rai. quadr.* 171.
Habitat in ſyluis Europae *frigidae.*
Irrequietus; abſtemius hybernat intra Muſcos; lambit pedes (*Barth. act.* 1674. *p.* 34); *inflat praedam.*
Vrſus maritimus *albus maior, arcticus. Martens. Spitzb.* 73. *t.* O. *f.* C. *forte diſtincta ſpecies eſt, nobis non viſa.*

Iuſcus. 2. V. cauda elongata, corpore ferrugineo, roſtro fuſco, fronte faſciaque laterali longitudinali albida.
Vrſulus lupo affinis americanus. *Edw. au.* 1. *p.* 103. *t.* 103.
Habitat ad ſinum Hudſonis.

Meles. 3. V. cauda concolore, corpore ſupra cinereo ſubtus nigro, faſcia longitudinali per oculos auresque nigra.

Meles unguibus anticis longiſſimis. *Faun. ſuec.* 15. *Syſt. nat.* 6.

Meles. *Geſn. quadr.* 686.

Taxus. *Aldr. digit.* 264. *Ionſt. quadr. t.* 64. *Rai. quadr.* 185.

Habitat in Europa *inter rimas rupium et lapidum.*

Venatur cuniculos, antra fodit inhabitatque; ſtercus in eodem loco deponunt inhabitantes extra antrum; die latet, corradit Lathyrum in hyemem, folliculum putorium ſupra anum haurit hybernans.

Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 5. *obſ.* 32. *et d.* 3. *a.* 3. *obſ.* 163.

Lotor. 4. V. cauda annulata, faſcia per oculos transuerſali.

Vrſus cauda elongata. *Syſt. nat.* 4. *Act. Stockh.* 1747. *t.* 9. *f.* 1.

Mus indicus alius. *Geſn. quadr.* 741.

Vulpi affinis americana. *Rai. quadr.* 179.

Raccon. *Kalm. it.* 2. *p.* 228.

Coati-monde. *Marcgr. braſ.* 228. *Ionſt. quadr.* 139. *Worm. muſ.* 319. *Dodart. act.* 181. *t.* 181. *Maior. moſc.* 30. *Rai. quadr.* 180.

Felis montana americana. *Seb. muſ.* 1. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 1.

Habitat in Americae *maritimis.*

Cauda *craſſa, ferruginea annulis nigris.*

Edit lubenter oua, Gallinas; cibum lauat; odoratu tactuque excellit; mentis tenaciſſimus, dormit a 12 *noctis in* 12 *diei; pellitur ſetis porcinis.* Penis *oſſe incuruato ſcatet.*

IV. BE-

Vrſi *genus ſcandit interdum arbores, at non ſalit, ſed deſcendit poſterioribus praeeuntibus.* Talis *communiter incedit.* Penis *oſſe curuato ſcatet.*

IV. BESTIAE.

Dentes Primores vtrinque: intermediis distantibus.
Laniarii semper vno plures vtrinque:
Nasus vltra os prominens.

16. SVS. *Dentes Primores* Superiores IV, conuergentes.
Inferiores VIII patuli.
Laniarii Superiores II breuiores.
Inferiores II exserti.

Scrofa. 1. S. dorso antice setoso, cauda pilosa. *Fn. suec.* 36. *Syst. nat.* 12.
Aper. *Gesn. quadr.* 146. *Aldr. bisulc.* 1013. *Ionst. quadr.* 74. *Rai. quadr.* 92.
β. Sus. *Gesn. quadr.* 872. *Aldr. bisulc.* 937. *Ionst. quadr. t.* 47. *Rai. quadr.* 92.
γ. Sus chinensis. *It. Wgoth.* 62. *It. Scan.* 72.
Habitat in Europa *australiore.*
Aper *vix differt a Sue domestico, nisi quod lanam inter setas non habeat.*
Chinensis *dorso subnudo, abdomine ad terram vsque dependente differt.*
Varietas *frequens Vpsaliae Suis domestici semper monunguli, in caeteris eadem species.*
Animal *odore pollens, naribus fodiens: tendinibus truncandis; quisquilias, stercus, succulenta, variaque spurcata voraus; multa seligens; pinguissimum, stupidum, somnolentum, tempestatum praenuncium et impatiens; apricatur in sole, in coeno se volutat, immundum, grunniens, accurrit clamanti: aduersus hostem spumante ore dentibusque horrens, Crotalis infestum; tardum venere: pene laxo longo; mammis numerosissimis, prole innumera; laborat pediculis, scabie, scrophulis, pipere. Ganeae numerosa materies, Athletis et exercitatis salubris, non vero criticis; saccharo s. ficu inprimis altilis laudatur: inde Pernae, Syncipitia, Trunculi, Costae, Sumina, Vuluae, Isicia, Botuli, Iuscula; at stercus in fluxu sanguineo valet.*

Porcus. 2. S. dorſo poſtice ſetoſo, cauda longitudine pedum, vmbilico cyſtifero. *Syſt. nat.* 12.
Porcus guineenſis. *Rai. quadr.* 96.
Habitat in Africa.
Affinis priori. Corpus *rufum.* Auriculae *acuminatiſſimae.* Cauda *longa, nuda.*
Vellus *ſetis caret, niſi ſupra clunes.*

Taiacu. 3. S. dorſo cyſtifero, cauda nulla. *Syſt. nat.* 12.
Taiacu. *Piſ. Ind.* 98.
Taiacu ſ. Aper mexicanus moſchiferus. *Tyſon. act. n.* 153. *Rai. quadr.* 97.
Cuaiguara. *Marcgr. braſ.* 229. *Barth. cent.* 3. *n.* 44.
Quauliſla cogmati Quapizott. *Hern. mex.* 637. *t.* 637.
Habitat in Mexici, Panamae, Braſiliae *montibus, ſyluis; edit Ranas, Serpentes.*
Corpus *cinereum;* faſcia *flaua circum humeros;* crux *nigra ſupra naſum.*
Pedes *nigri macula alba ſupra genua antica.* Setae *faſtigiatae nigrae inter brenes aures, nec in dorſo.* Protuberantia *ad latera oris et ſupra naſum.* Glandula *ſecretoria ſupra clunes, ſecernens odoratum liquorem ambroſiacum.* Z. Hallman.

Babyruſſa. 4. S. dentibus duobus caninis fronti innatis. *Syſt. nat.* 12.
Babyrouſſa. *Bont. iau.* 61. *Barth. cent.* 2. *obſ.* 96. *Grew. muſ. t.* 1. *Seb. muſ.* 1. *p.* 80. *t.* 50. *f.* 2. *Rai. quadr.* 96.
Habitat in Borneo *Indiae orientalis.*
Magnitudine *Cerui.* Dentes *Laniarii ſuperiores II, perforantes cranium frontis, recuruati vt 2 cornua; inferiores vtrinque ſolitarii, magni, adſtant prioribus.*

17. DASYPVS. *Dentes . . .*

Corpus teſta oſſea cataphractum, Zonis interſecta.

vnicinctus. 1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis. *Syſt. nat.* 6.
Tatu ſ. Armadillo africanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 47. *t.* 30. *f.* 3. 4.
β. Daſypus cingulo ſimplici. *Syſt. nat.* 6.
Tatu muſtelinus. *Rai. quadr.* 235. *Grew. muſ.* 19. *t.* 1.
Habitat in Africa.

2. T.

tricinctus. 2. D. cingulis tribus, pedibus pentadactylis.
Daſypus cingulis tribus. *Syſt. nat.* 6.
Tatou ſ. Armadillo. *Red. exper.* 91. *t.* 92.
Tatu ſ. Armadillo orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 62. *t.* 38. *f.* 2. 3.
Tatu apara. *Marcgr. braſ.* 232. *Piſ. braſ.* 100. *Rai. quadr.* 234.
Armadillo ſ. Tatou genus alterum. *Cluſ. exot.* 109.
Armadillo. *Grew. muſ.* 17. *Olear. muſ.* 8. *t.* 6. *f.* 4.
Habitat in India *orientali.*

quadricinctus. 3. D. cingulis quatuor. *Syſt. nat.* 6.
Cheloniſcus. *Column. aquat.* 2. *p.* 15. *t.* 16.
Habitat . . . .

ſexcinctus. 4. D. cingulis ſenis, pedibus pentadactylis. *Muſ. Ad. Fr.* 7.
Daſypus cingulis ſex. *Syſt. nat.* 6.
Tatu ſ. Armadillo primus. *Rai. quadr.* 233.
Tatu ſ. Tatu-pera. *Marcgr. braſ.* 231.
Armadillo ſ. Tatou. *Cluſ. exot.* 230.
Habitat in America *meridionali.*

ſeptemcinctus. 5. D. cingulis ſeptenis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 281.
Daſypus cingulis ſeptem. *Syſt. nat.* 6.
Habitat in Indiis.
An ſufficienter a ſequente diſtinctus?

nouemcinctus. 6. D. cingulis nouem, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Muſ Ad. Fr.* 6.
Daſypus cingulis nouem. *Syſt. nat.* 6.
Tatou ſ. Armadillus americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 45. *t.* 29. *f.* 1. *et t.* 53. *f.* 6.
Tatue braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 231. *Rai.* 9. *quadr.* 233.
β. Daſypus. *Hern. mex.* 314.
Habitat in America *meridionali.*

Daſypi *in dentes* et *ſexus differentias inquirant autoptae.*

18. ERINACEVS. *Dentes Primores* II, paralleli, subcuneati, longiores, distantes: superiores remotiores.
Laniarii II vtrinque, antrorsum decumbentes, parui.
Molares III s. IV acuti lobati.
Corpus spinis obtectum.

europaeus. 1. ERINACEVS. *Fn. su.* 16. *Syst. nat.* 6. *It. Goth.* 264.
Echinus s. Erinaceus terrestris. *Gesn. quadr.* 368. *Aldr. quadr.* 459. *Ionst. quadr.* 119. *t.* 68. *Rai. quadr.* 231. *Seb. mus.* 1. *p.* 78. *t.* 49. *f.* 1. 2.
Habitat in Europa.
Mitis, ambrosiacus, polyphagus, nocturnus, monogamus, hybernans, nidificans e Musco in fruticibus, metu se contrahens, naribus cristatis.
Anatome *E. N. C. d.* 2. *an. obs.* 65. *et an.* 6. *obs.* 105. *et cent.* 10. *app.* 447. *Barth. act.* 1671. *n.* 90.

19. TALPA. *Dentes Primores* superiores VI. Inferiores VIII.
Laniarii maior I, et minores IV.
Molares acuminati.

europaea. 1. T. caudata, pedibus pentadactylis.
Talpa caudata. *Syst. nat.* 7. *Faun. suec.* 17. *It. Scan.* 332.
Talpa. *Gesn. quadr.* 931. *Aldrov. digit.* 451. *Rai. quadr.* 236. *Seb. mus.* 1. *p.* 68. *t.* 41. *fig.* 1, 4.
Habitat in Europae *humosis sub terra, victitans e Lumbricis, non plantis, noctu praedatur.*
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obs.* 51. *et d.* 2. *a.* 1. *obs.* 130.
Penis omnium animalium longissimus. Pellis delicatula.

2. T.

asiatica. 2. T. ecaudata, palmis tridactylis.
Talpa sibirica versicolor. *Seb. mus.* 1. *p.* 51. *t.* 32. *f.* 4, 5.
Habitat in Sibiria.

20. SOREX. *Dentes Primores* Superiores II, bifidi. Inferiores IV: intermediis 2 breuioribus.
Laniarii vtrinque plures.

Araneus. 1. S. cauda corpore longiore.
Sorex. *Faun. suec.* 33. * *Syst. nat.* 10.
Mus araneus. *Gesn. quadr.* 741. *Aldr. digit.* 441. *t.* 442. *Ionst. quadr. t.* 66. *Rai. quadr.* 239.
Habitat in Europae *cryptis.*
Auriculae *breues, amplae.* Cauda *longa.*

cristatus. 2. S. naribus cristatis, cauda corpore breuiore.
Habitat in Pensyluania. *P. Kalm.*
Facies Talpae, colore atro, palmis niueis.
Auriculae *nullae.* Rostrum *longissimum.* Cauda *subnuda, corpore dimidio breuior, concolor.* Nares *singulae stella palmata radiis* 10 *s.* 15. *subulatis, nudis vt in Erinaceo.* Dentes *primores superiores* 2; *inferiores* 4. *Laniarii vtrinque plures.*

aquaticus. 3. S. plantis palmatis, palmis caudaque corpore breuiore albis.
Talpa virginianus niger. *Seb. mus.* 1. *p.* 51. *t.* 32. *f.* 3.
Habitat in America *septentrionali. P. Kalm.*
Facies praecedentis, sed cinerea aut fusca, palmis albis.
Cauda *corpore quadruplo breuior, alba.* Dentes *primores superiores* 2; *inferiores* 4: *intermediis breuissimis. Laniarii vtrinque plures, discreti.*

Sorex capensis maximus Pet. gaz. 37. t. 23. f. 9. nobis non visus est.

21. DIDELPHIS. *Dentes Primores* Superiores X. Inferiores VIII: intermediis 2 breuiſſimis.
Laniarii longi.
Molares denticulati.
Lingua ſubciliata.
Folliculus abdominalis mammarum.

marſupialis. 1. D. mammis 8 intra abdomen. *Amoen. acad.* 1. *p.* 279. *Syſt. nat.* 10. *Muſ. Ad. Fr.* 10.
Philander. *Seb. muſ.* 1. *p.* 64. *t.* 39.
Opoſſum. *Tyſon. act.* 290. *p.* 1565.
Carigue. *Laet. amer.* 551.
Cariegueya braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 222. *Piſ. braſ.* 323. *Ionſt. quadr.* 136. *t.* 63.
Maritacaca. *Piſ. braſ.* 323. *Rai. quadr.* 182.
Tlaquatzien. *Hernand. mex.* 330.
Habitat in America.
Corpus *Melis*, *magnitudine Felis maioris.* Roſtrum *conicum*, *longum Suis inſtar*, *carinatum*, *rictu longiſſimo Vulpis. Nares perpendiculares*, *lunares.* Vibriſſae 5 *ordinum*, *longae*; ſetae *pone oris rictum* 8, *ſub gula* 5. Auriculae *rotundatae*, *atrae apicibus albis.* Dentes molares *lobati: anteriores ſimplices: primi minimi; reliqui vt in characlere.* Tibiae *nigrae*, *laeues pilis breuibus.* Cauda *nuda*, *longitudine corporis*, *quaſi ſegmentis ex rugis*, *prehenſilis.* Manus *pentadactylae*, *fiſſae.* Digiti *teretes*, *nudi*, *aequales.* Vngues *compreſſi*, *arcuati. Plantae vt in palmis:* Pollex *omnino muticus.*
Pullos *lactantes territosque intra abdomen recipit mater.*

Philander. 2. D. cauda baſi piloſa, auriculis pendulis, mammis quaternis.
Tlaquazin ſ. Tai-ibi braſilienſibus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 57. *t.* 36. *f.* 4.
Habitat in America.

Figu-

Didelphis *pollice plantarum*, *vti diſtincto ſ. remoto*, *gaudent Primates mutico.*

Figura Sebae aliena roſtro rotundiore, faſcia fuſca trans oculos, pollice poſtico vnguiculato, quod non in noſtro. Vbera duo: mammis in ſingulis 2.

Opoſſum. 3. D. cauda ſemipiloſa, ſuperciliorum regione pallidiore, mammis binis.

Philander, Opoſſum ſ. Carigueia. *Seb. muſ.* 1. *p.* 56. *t.* 36. *f.* 1. 2.

Habitat in America.

Abdomen circa mammas contrahitur in marſupium: pollices poſtici mutici.

murina. 4. D. cauda ſemipiloſa, mammis ſenis. *Amoenit. acad. l.* 279.

Mus ſylueſtris americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 48. *t.* 31. *f.* 12. 36.

Habitat in Aſia, America.

Vngues *digitis omnibus acuti, exceptis pollicibus poſticis. An pullus praecedentis?*

dorſigera. 5. D. cauda baſi piloſa corpore longiore, digitis manuum muticis. †

Mus ſylueſtris americana. *Seb. muſ.* 1. *p.* 49. *t.* 31. *f.* 5, 4. *et* 2. *p.* 90. *t.* 84. *f.* 4. *Merian. ſurin.*

Habitat in America.

Pullos in dorſo gerit caudis cirrhi inſtar conuolutis.

V. GLI-

V. GLIRES.

Dentes Primores bini ſupra et infra, a molaribus remoti.
Laniarii nulli.

22. RHINOCEROS. *Dentes Primores* II.
Cornu naſo inſidens.

vnicornis. 1. R. cornu vnico conico. *Syſt. nat.* II. *n.* 1.
Rhinoceros. *Ionſt. quadr.* 98. *t.* 38. *Bont. iau.* 50. *t.* 51. *Bergen. orat.* 1746. *t.* 1. *Geſn. quadr.* 842. *Aldr. biſulc.* 878.
Habitat in Africa, India, *coeno ſe volutans, victitans vepretis.*
Statura prioris *fere Elephantis.*
Cornu *in roſtro, ſolidum, recurvum, perpetuum, conicum.*
Labium *ſuperius acuminatum aduncum.*
Oculi *et* Aures *paruae.*
Cutis *nuda.* Rugae *transuerſales:* 1. Capitis *poſtica.* 2. Scapularis: 3. Abdominalis *ante femora.* 4. Femoralis *trans femora.* Vngulae *tres.*
Cauda *attenuata pedibus breuior.*
Animal mite, ni laceſſatur, tum arbores fragore proſternit, cornu eiicit omnia.
Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat. *Martialis.*

bicornis. 2. R. cornibus duobus cuneiformibus. *Syſt. nat.* II. *n.* 2.
Habitat in India *Kolbius, Iacobaeus, Schroeckius.*
Species obſcura, cranium tantum cum cornibus duobus compreſſis altero minori ſupra alterum nobis viſum.

23. HYSTRIX. *Dentes Primores* II oblique ſciſſi. (*Rai.*)
Molares octo.
Corpus ſpinis tectum.

criſtata. 1. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capite criſtato, cauda abbreuiata. *Syſt. nat.* 9. *n.* 1.

Hy-

Hyſtrix. *Geſn. quadr.* 563. *Aldrou. digit.* 471. *Ionſt. quadr.* 119. *t.* 68. *Dodart. act.* 233. *Rai. quadr.* 206.
Hyſtrix orientalis criſtata. *Seb. muſ.* 1. *p.* 79. *t.* 50. *f.* 1.
Habitat in Aſia.

prehenſilis. 2. H. pedibus tetradactylis, cauda elongata prehenſili ſeminuda. *Syſt. nat.* 9. *n.* 2.
Hyſtrix. *Bont. iau.* 54.
Cuandu braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 233. *Piſ. amer.* 99. *Rai. quadr.* 208.
Hoitztlacuatzin. *Hern. mex.* 322.
Habitat in Aſia, America *meridionali.*

dorſata. 3. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda elongata, dorſo ſolo ſpinoſo.
Hyſtrix canadenſis. *Edw. au.* 52. *t.* 52.
Habitat in Canada.
Corpus ferrugineum, Cauda apice ſubtus alba.

macroura. 4. H. pedibus pentadactylis, cauda elongata: aculeis clauatis. *Syſt. nat.* 9. *n.* 3.
Porcus aculeatus ſ. Hyſtrix orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 84. *t.* 52. *f.* 1.
Habitat in Aſia.

brachyura. 5. H. pedibus pentadactylis, cauda abbreuiata. *Syſt. nat.* 9. *n.* 4.
Porcus aculeatus ſ. Hyſtrix malaccenſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 81. *t.* 51. *f.* 1.
Habitat in Aſia.

24. LEPVS. *Dentes Primores* II: ſuperiores duplicati: interioribus minoribus.

timidus. 1. L. cauda abbreuiata, auribus apice nigris. *Syſt. nat.* 9. *n.* 2. *Faun. ſuec.* 19.
Lepus. *Geſn. quadr.* 69. *Aldr. dig.* 247. *Ionſt. quadr. t.* 65. *Rai. quadr.* 204.
Habitat in Europa.
Hyeme in frigidis niueus, exceptis auribus nigris. Cauda *etiam aeſtate alba.* Aures *longae.* Oculi *exſtantes membrana nictitante, ſomno aperti.* Femora *poſtica craſſa* Pedibus *lanatis* 5-4, *et dorſum conſtituunt* prae-

Lepus cornutus, *ſi non hybridus, certe fabuloſus ſit.*

praeſtantiſſimam partem. Nares *humidi*, *motitantes.* *Inermis curſu valet*, *timidus*, *curvit gyros ſenſim breuiores*, *retro deuiat exſiliendo*; *a Canibus*, *Felibus*, *Accipitribus*, *Noctuis venatur*; *cauitas utrinque e regione pubis*; *ceruice fragili*; *immenſus parturitione*; *vrina foetida non in cubile*; *pulicibus obnoxius.*

Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 251. *et a* 3. *obſ.* 93. *et d.* 3. *a.* 5. *obſ.* 225. *Barth. act.* 1671. *n.* 136.

Cuniculus. 2. L. cauda abbreuiata, auriculis nudatis. *Syſt. nat.* 9. *n.* 3. *Faun. ſuec.* 20.

Cuniculus. *Geſn. quadr.* 72. *Aldr. digit.* 382. *Ionſt. quadr. t.* 65. *Rai. quadr.* 205.

Habitat in Europa *auſtrali*, *antra fodiens in arenoſis.* *Hoſtes ipſi Falcones*, *Meles*, *Putorius.*

Species facilius dignoſcitur, *quam differentia ſpecifica determinatur.*

Anatome. *Paru. obſ.* 10.

capenſis. 3. I. cauda longitudine capitis, pedibus rubris.

Habitat ad Cap. b. Spei. *Fodiens.* *J. Burmannus.*

braſilienſis. 4. L. cauda nulla. *Syſt. n.* 9. *n.* 1.

Cuniculus braſilienſis Tapeti. *Marcgr. braſ.* 223. *Rai. quadr.* 205.

Habitat in America *meridionali.*

25. CASTOR. *Dentes Primores* ſuperiores truncati, angulo transuerſo excauati; inferiores apice transuerſi.

Cauda depreſſa.

Fiber. 1. C. cauda ouata plana. *Faun. ſuec.* 23. *Syſt. nat.* 10. *n.* 1.

Caſtor. *Geſn. piſc.* 185. *Rond. piſc.* 236. *Ionſt. piſc. t.* 68. *Dodart. act.* 131. *Rai. quadr.* 209. *Aldr. quadr.* 706.

Fiber. *Bellon. aqu.* 30.

Habitat in Europae, Aſiae, Americae *borealibus ad ripas fluuiorum lacuumque*, *victitans corticibus imprimis Populi tremulae*; *Domos mire exſtruit.*

Oeco-

Oeconomia animalis data a D. Giſiero, act. Stockh. 1756. *p.* 207.
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 251.

moſchatus. 2. C. cauda longa lanceolata plana. *Faun. ſuec.* 24. *Syſt. nat.* 19. *n.* 2.
Mus aquaticus exoticus. *Cluſ. exot.* 375. *Worm. muſ.* ... *Rai. quadr.* 217.
Habitat in Ruſſiae *aquoſis*, America.
Pedes *poſtici*, *vt in antecedente palmati; victitat Acoro.*

26. MVS. *Dentes Primores* inferiores ſubulati.

Porcellus. 1. M. cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridactylis. *It. Wgoth.* 224. *Syſt. nat.* 10. *n.* 1.
Cuniculus indicus. *Geſn. quadr.* 367. *Aldr. digit.* 391. 393.
Porcellus indicus ſ. Cuniculus indicus. *Ionſt. quadr.* 161. *t.* 63. *f.* 6.
Mus ſ. Cuniculus americanus guineenſis, porcelli pilis et voce. *Rai. quadr.* 223.
Cauia Cambaya. *Marcgr. braſ.* 224. *Piſ. braſ.* 102.
Habitat in Braſilia.
Hiſtoria huius habetur in Diſſertatione de Mure indico.
Conf. *Capybara. Marcgr. braſ.* 230. *huic affinis, ſed maior, coloris ignoti.*
Pipientes, loquaces, inquieti, ſequaces, calcitrantes, attenti, comantes, maſticantes, edunt vegetabilia variata; potant lympham puram, calorem amant; femina mammis duabus, parit pullos perfectiſſimos, mox coit; mas bombylans iuniores maſculos mordet paraplecticos. Color varius etiam ſpontaneis.

leporinus. 2. M. cauda abbreuiata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis.
Lepus iauenſis. *Catesb. carol.* 3. *p.* 18. *t.* 18.
Habitat in Iaua, Sumatra.
Aures *ſubrotundae*, Color *rufus*, abdomine *albo.*

Lemmus. 3. M. cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis.
Mus cauda abrupta, corpore fuluo nigroque vario. *Faun. ſuec.* 26. *Act. Stockh.* 1740. *p.* 326. *t.* 6. *f.* 45. *Syſt. nat.* 10. *n.* 2.
Mus montanus. *Scheff. lapp.* 346.
Lemming. *Olear. muſ.* 21. *t.* 12. *f.* 6.

Lem-

Lemmus. *Ol. Magn. sept.* 18. 20.
Mus noruagicus. *Worm. mus.* 322. *t.* 325. *monogr.* 6. *Rai. quadr.* 227.
Habitat in alpibus Lapponicis.
Gregatim fugiunt quibusdam annis ex alpibus, recta via iter instituentes; edunt Licheneum rangiferinum, amenta Betulae nanae, non carnes.
Wormii Historia Muris noruagici. Haffn. 1653 *quarto hunc sistit.*
Anatome. *Barth. cent.* 2. *p.* 301.

Marmota. 4. M. cauda abbreuiata subnuda, auriculis rotundatis, buccis gibbis.
Mus cauda elongata nuda, corpore rufo. *Syst. nat.* 10. *n.* 11.
Mus montanus. *Matth. dioscor.* 2. *c.* 63.
Mus alpinus. *Rai. quadr.* 221. *Wagn. helu.* 179. *Dodart. mem.* 3. *p.* 31. *t.* 31. *Gesn. quadr.* 743. *Aldr. quadr.* 445.
Habitat in alpibus Helueticis, Tridentinis.
Dentes *primores inferiores apice diuergentes.*
Mystaces *vtrinque serie sextuplici.* Aures *paruae, vestitae.* Bucca *vtrinque: admodum gibba.* Cauda *palmaris, nigra.* Verruca *supra oculos setis* 6; *sub oculis setis* 7. Dorsum *cinereum.* Inguina *et pedes cinereo flauescentia.* Sutura *a gula ad anum.* Pedes 4-5. *H. Z. Hallman.*
Profunde et celerrime fodit; hybernat alto somno, manibus cibum ori admouet, saepe erecta incedit; facilius in planitie, quam sub terra capitur.

Monax. 5. M. cauda mediocri pilosa, corpore griseo, auriculis subrotundis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Mŏnax s. Marmota americana. *Edw. av.* 104. *t.* 104.
Habitat in America *septentrionali.*

Cricetus. 6. M. cauda subabbreuiata, auriculis rotundatis, corpore subtus nigro, lateribus rufescentibus.
Mus cauda elongata, corpore cinereo rutilo nigroque longitudinaliter vario. *Syst. nat.* 10. *n.* 10.
Cricetus. *Rai. quadr.* 221. *E. N. C. d.* 2. *a.* 5. *obs.* 186. *Gesn. quadr.* 738.
Hamster. *Meyer. thiere* (*Norib.* 1748. *fol.*) *t.* 81. 82.
Habitat in Germania.

Nume-

Numerus digitorum pedum in hac et antecedente nobis ignotus. Cuniculo minor, cauda pedibus fere breuior. Bucca vtrinque saccata.

Cauernas fodit sub terra plurimis concamerationibus, duplici foramine: altero obliquo aditu, altero perpendiculari specula. Colligit Frumentum, Pisa, Fabas, fructus, in distinctis cameris seruanda, deportat ea in bucca; parit bis in anno sex pullos, itidem in propria camera seruandos, vti etiam sterquilinium in distincta.

Venatur ob carnes, pelles, frumentum collectum; occiditur puluere Veratri, farina et melle in panes coctis.

Citillus *auctorum, si ab hoc diuersus, probe obseruandus.*

terrestris. 7. M. cauda mediocri subpilosa, palmis subtetradactylis, plantis penradactylis, auriculis vellere breuioribus.

Mus cauda longissima pilosa, auribus subrotundis vellere breuioribus. *Fn. suec.* 29. *Syst. nat.* 10. *n.* 5.

Mus agrestis, capite grandi, brachyuros. *Rai. quadr.* 218.

Habitat in Europae *terra et aqua.*

Corpus fuscum subtus pallidum, at non albicans. Caput crassius, ore gibbo. Cauda magis pilosa, quam in Ratto, sed corpore dimidio breuior, at pedibus fere longior.

Hortos Talpae instar misere effodit, palmis licet paruis; natat in fossis et vrinatur plantis licet fissis; Radices arborum decorticat, plantarum consumit s. aufert; Pullos anatum in piscinis occidit.

amphibius. 8. M. cauda elongata pilosa, plantis palmatis. †

Mus maior aquaticus s. Rattus aquaticus. *Rai. quadr.* 217.

Mus aquaticus. *Bell. aquat.* 35. *t.* 36.

Habitat in Europae, Africae *fossis, ripis, piscinis, hortis.*

Species mihi non rite cognita.

Fodit ad fossas et radices arborum, natat, vrinatur, consumit radices, hortis et satis infestus, capitur Nassis e virgulis confectis sub aqua demersis.

Rattus. 9. M. cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, plantis pentadactylis.

Mus cauda elongata subnuda, corpore fusco cinerascente. *Faun. suec.* 28. *Syst. nat.* 10. *n.* 6.
Mus domesticus maior. *Gesn. quadr.* 109. *Aldr. quadr.* 417. *Rai. quadr.* 217.
Glis. *Ionst. quadr. f.* 66.
Habitat in domibus Europae.
Cautum animal, vtensilibus infestum.
Glirem *veterum me ignorare agnosco, nisi sit Marmota aut Cricetus.*

Musculus. 10. M. cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Mus cauda nudiuscula, corpore cinereo-fusco, abdomine subalbescente. *Faun. suec.* 31. *Syst. nat. n.* 8.
Mus. *Gesn. quadr.* 714. *Aldr. quadr.* 417. *Ionst. quadr. t.* 66.
Mus domesticus vulgaris f. minor. *Rai. quadr.* 218.
Habitat in domibus.
Vnguis pollicaris palmarum nullus, quo a Ratto differt.
Delectatur musica; non facile incarceratur; polyphagus.

auellanarius. 11. M. cauda elongata pilosa, corpore rufo, gula albicante. *Faun. suec.* 32.
Mus auellanarum minor. *Rai. quadr.* 220. *Aldr. digit.* 440.
Habitat in Europae *syluis.*
Colligit nuces, glandes; superfluas defodit.

syluaticus. 12. M. cauda longa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griseo pilis nigris, abdomine albido. *Faun. suec.* 30. *Syst. nat.* 10. *n.* 7.
Mus domesticus medius. *Rai. quadr.* 218.
Habitat in hortis et syluis Europae.
Affores durissimos, saepe vno die perforat.

striatus. 13. M. cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corporis striis punctatis.
Mus cauda longa, striis corporis longitudinalibus & punctis albis. *Mus. Ad. Fr.* 10.*
Mus orientalis. *Seb. mus.* 2. *p.* 22. *t.* 21. *f.* 2.
Habitat in India.

longipes. 14. M. cauda elongata vestita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longissimis.

Mus

Mus cauda longa vestita, pedibus posticis longitudine corporis ilaui. *Mus. Ad. Fr.* 9.*
Habitat in torridis regionibus.

Iaculus. 15. M. cauda elongata floccosa, palmis pentadactylis, plantis tridactylis, femoribus longissimis, brachiis breuissimis.
Mus *iaculus* pedibus posticis longissimis, cauda extremo villosa. *Hasselq. itin.* 198. *act. Stock.* 1752. *p.* 123. *t.* 4. *f.* 1.
Mus aegyptius. *Hasselq. act. Vpſ* 1750. *p.* 17.
Cuniculus minor caudatus dauricus. *Mus. Petrop.* 1. *p.* 344. *n.* 123.
Cuniculus s. Lepus indicus Vtias dictus. *Aldr. quadr.* 395. *fig. bon.*
Lepus cauda elongata. *Syst. nat.* 9. *n.* 4.
Habitat in Arabia, Calmukia.
Plantis tantum incedit, et quiescit; palmis cibum ori admouet.

volans. 16. M. cauda elongata villosa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, lateribus extensis volitans.
Sciurus americanus volans. *Rai. quadr.* 215. *Seb. mus.* 1. *p.* 72. *t.* 44. *f.* 3. *Edw. au.* 191. *t.* 191.
Habitat in Virginia, Mexico.
Cutis *ab auribus ad brachia et femora et caudam extensa, margine plicato nigro.*

27. SCIVRVS. *Dentes Primores* II: Superiores cuneati; Inferiores compressi.

vulgaris. 1. S. auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Sciurus palmis solis saliens. *Faun. suec.* 21. *Syst. nat.* 9. *n.* 1.
Sciurus. *Gesn. quadr.* 13. *Aldr. quadr.* 398. *Ionst. quadr. t.* 66.
Sciurus vulgaris. *Rai. quadr.* 214.
Habitat in Europæ *arboribus.*
Aestate ruber abdomine albo, hyeme cinereus. Victitat nucibus, strobilis etc. sedens. Superfluum cibum defodit; Cortice interdum nauigat. Nidus globosus e muscis.
Anatome. *E. N. C. cent.* 10. *app.* 449.

niger. 2. S. niger. *Catesb. carol. 2. p. 73. t. 73.*
Habitat in America *septentrionali.*

cinereus. 3. S. virginianus cinereus maior. *Rai. quadr.* 215. *Catesb. car. 2. p. 74. 174. Kalm. itin. 2. p.* 409.
Habitat in America *septentrionali.*
Magnitudo tripla aut quadrupla Sc. vulgaris.

flauus. 4. S. auriculis subrotundis, pedibus pentadactylis.
Sciurus cauda tereti, pilis breuibus, auriculis subrotundis. *Amoen. acad. 1. p.* 281.
Habitat in America.
Magnitudine dimidio minor Sc. vulgari, luteus, apicibus pilorum albis. Pollex anticus solo fere vngue constat.

getulus. 5. S. fuscus, striis quatuor albidis longitudinalibus.
Sciurus getulus. *Rai. quadr.* 216. *Edw. au.* 198. *t.* 198. *Seb. mus. 1. p. 76. t. 47. f. 3.*
Habitat in Africa.

striatus. 6. S. flauus striis quatuor fuscis longitudinalibus. *Mus. Ad. Fr. 8.**
Sciurus striatus. *Catesb. car. 2. p. 75. t. 75. Edw. au.* 181. *t.* 181.
Roesselvisla. *Kalm. itin. 2. p.* 419.
Habitat in America *septentrionali sub terra.*
Magnitudine Muris musculi vel paulo maior. Palmae *tetradactylae*, plantae *pentadactylae.*

volans. 7. S. hypochondriis prolixis volitans. *Faun. suec.* 22. *Syst. nat.* 9.
Sciurus volans. *Seb. mus. 1. p. 67. t. 41. f. 3. Catesb. car. 2. p. 76. et 77. Edw. au.* 191. *t.* 191.
Mus ponticus s. scythicus. *Gesn. quadr.* 743.
Quadrupes volatile russiae. *Act. petr. 5. p.* 218.
Habitat in borealibus Europae, Asiae, Americae.

VI. PE-

VI. PECORA.

Dentes Primores ſuperiores nulli.
Inferiores VI *aut* VIII, *a molaribus remotiſſimi.*
Pedes vngulati.
Mammae inguinales.

28. CAMELVS. *Cornua* nulla.
Dentes Primores inferiores VI, ſpathiformes.
Laniarii diſtantes: ſuperiores III, inferiores II.
Labium ſuperius fiſſum.

Dromedarius. 1. C. topho dorſi vnico. *Syſt. nat.* 13. *n.* 1.
Camelus vnico in dorſo gibbo. *Rai. quadr.* 143.
Camelus. *Ionſt. quadr. t.* 41. *Geſn. quadr.* 159. *Aldr. biſ.* 908.
Habitat in Africae *deſertis arenoſis ſiticuloſis.*
Callos in pedibus anterioribus 4, *in poſterioribus* 2, *in ſterno* 1. *gerit. Ventriculus ſecundus celluloſus pro aqua pura diutius aſſeruanda per ſiticuloſa deſerta. Onera portat, lente feſtinat, laſſus iacet ſuper pectus.*

Bactrianus. 2. C. tophis dorſi duobus. *Syſt. nat.* 13. *n.* 2.
Dromedarius. *Ionſt. quadr.* 1. 44. *f.* 1.
Camelus. *Geſn. quadr.* 151. *Aldr. biſ.* 907.
Habitat in Africa.
Curſu antecedente celerior, pro magnatibus, rarior.

Glama. 3. C. dorſo laeui, topho pectorali. *Syſt. nat.* 13. *n.* 3.
Camelus peruuianus Glama dictus. *Rai. quadr.* 145.
Pelon ichiatloquitli. *Hern. mex.* 660.
Habitat in America *meridionali. Frigoris impatiens.*
Curatur, onera portat, fatigata ſuccumbit, compreſſis teſticulis obſtinatus compellitur; vomitu hoſtem pellit, ſaepe Catocho obnoxia.

Pacos. 4. C. tophis nullis, corpore lanato. *Syſt. nat.* 13. *n.* 4.
Camelus peruuianus laniger Pacos dictus. *Rai. quadr.* 147.
Habitat in America *meridionali.*
Totus ſanguineus, ſubtus albus; Pedes *didactyli. Priori minor, magis lanatus, nec oneribus portandis par.*

29. MOSCHVS. *Cornua* nulla.
Dentes Laniarii ſuperiores ſolitarii exſerti.

moſchiferus. 1. Moſchus. *Syſt. nat.* 13.
Animal moſchiferum. *Rai. quadr.* 127.
Capreolus moſchi. *Geſn. quadr.* 695.
Capra moſchus. *Aldr. biſulc.* 743. *Ionſt. quadr.* 55. *t.* 39.
Moſchus. *Schrocck. monogr. t.* 44.
Habitat in Tataria *verſus Chinam.*
Moſchus ſubſtantia vnctuoſa ambroſiaca e folliculo prope vmbilicum.
Schroecki Hiſtoria Moſchi. *Wien.* 1682. *quart.*

30. CERVVS. *Cornua* ſolida, tenera corio hirto tecta apiceque creſcentia, denudata, annua.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli (interdum ſolitarii ſuperius).

Camelopardalis. 1. C. cornibus ſimpliciſſimis, pedibus anticis longiſſimis. *Syſt. nat.* 13. *n.* 1.
Camelo-pardalis. *Bellon. itin.* 119. *Rai. quadr.* 90. *Haſſelqu. act. Vpſ.* 1750. *p.* 15. *itin.* 203.
Habitat in Aethiopia *et* Sennar.
Pronus *cubat more Cameli; Gramen depaſcitur diuaricatis pedibus anticis, ſed arborum inprimis veſcitur foliis.*

Alces. 2. C. cornibus acaulibus palmatis, caruncula gutturali. *Syſt. nat.* 13. *n.* 2. *Fn. ſuec.* 37.

Alce.

Alce. *Geſn. quadr.* 1, 3, 4. *Aldr. biſulc.* 836. *Ionſt. quadr. t.* 30. *Bonan. muſ. t.* 295. *Olear. muſ. t.* 9. *f.* 2. *Rai. quadr.* 39.
Habitat in borealibus Europae, Aſiaeque *Populetis.*
Vngula ferit; 50 milliaria de die percurrit; corium globum plumbeum fere cludit.

Elaphus. 3. C. cornibus ramoſis teretibus incuruis. *Faun. ſuec.* 38. *Syſt. nat.* 13. *n.* 3.
Ceruus. *Geſn. quadr.* 1, 3, 4. *Aldr. biſulc.* 774. *Ionſt. quadr. t.* 31. *Rai. quadr.* 84.
Habitat in Europa, Aſia.
Aetas Bouis tantum; fabula eſt longaeuitas cerui. Cyſtide fellea caret Cerui genus.
Anatome. *E. N. C. cent.* 10. *app.* 448.

Tarandus. 4. C cornibus ramoſis teretibus: ſummitatibus palmatis. *Faun. ſuec.* 39. *Syſt. nat.* 13. *n.* 4.
Rangifer. *Geſn. quadr.* 141. *Olear. muſ.* 16. *t.* 10. *f.* 3. *Rai. quadr.* 88.
Tarandus. *Aldr. biſulc.* 859. *t.* 861.
Rheno. *Amoen. acad.* 4. *p.*
Habitat in Alpibus Europae *et* Aſiae *maxime ſeptentrionalibus, victitat Lichene rangiferino.*
Vterque ſexus cornutus eſt vt in Camelopardale, ramo infimo etiam palmato; caſtratus quotannis cornua deponit. Vellus denſiſſimum. Pulices, Oeſtra, Tabani ad alpes cogunt, crepitantibus vngulis. Pecora Laponum caſeoſa. Aetas XVI. annorum.
Anatome. *Barth. act.* 1671. *n.* 135.

Dama. 5. C. cornibus ramoſis compreſſis: ſummitatibus palmatis. *Faun. ſuec.* 40. *Syſt. nat.* 13. *n.* 5.
Dama. *Bell. itin.* 57. *Geſn. quadr.* 84. *Aldr. biſulc.* 741. *Ionſt. quadr.* 82.
Ceruus platyceros. *Rai. quadr.* 85.
Habitat in Europa.
Arcetur filo horizontali.

Bezoarticus. 6. C. cornibus ramoſis teretibus erectis: ramis tribus. †
Mazama. *Hern. mex.* 324.
Caguacu-etc *Marcgr. Braſ.* 235. *Piſ. braſ.* 98. *Rai. quadr.* 90.
Habitat in America *auſtrali.*

Capreolus. 7. C. cornibus ramosis teretibus erectis: summitate bifida. *Faun. suec.* 41. *Syst. nat.* 13. *n.* 6.
Capra, Capreolus, Dorcas. *Gesn. quadr.* 64. *Ionst. quadr.* 33. *t.* 33.
Caprea plinii, Capreolus. *Aldr. bisulc.* 738. *Rai. quadr.* 89.
Habitat in Europa, Asia.

guineensis. 8. C. griseus subtus nigricans. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 12.
Habitat in Guinea.
Cornua non vidi, tamen huius generis.

31. CAPRA. *Cornua* concaua, sursum versa, erecta, scabra.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Hircus. 1. C. cornibus carinatis arcuatis. *Faun. suec.* 42.
Capra. *Gesn. quadr.* 242. *Aldr. bisulc.* 635. *Ionst. quadr.* 47. *Rai. quadr.* 77.
β. Capra angolensis. *Hasselq. iter.* 206.
Habitat in montosis, victitans ex ramulis variis frondibusque arborum, Lichenibus.
Pecus barbatum, insidum, saliens, salax, hircum olens, decorticans; corio tenaci indutum, lana caprina tectum, arunco barbatum, bellicosum, caseosum; Pedum castratio singularis. Edit etiam Cicutam.
C. Angolensis *Lana ad pedes vsque dependet niuea, sericum prouocans camelina dicta.*

Ibex. 2. C. cornibus nodosis in dorsum reclinatis. *Syst. nat.* 14. *n.* 6.
Ibex. *Olear. mus. t.* 10. *f.* 1. *Rai. quadr.* 79. *Wagn. helu.* 176.
Habitat in Wallesiae *praeruptis inaccessis.*
Cornibus vastis reclinatis, corpore fuluo, arunco nigro.

Rupicapra. 3. C. cornibus erectis vncinatis. *Syst. nat.* 14. *n.* 5.
Rupicapra. *Bell. itin.* 126. *Olear. mus. t.* 9. *f.* 3. *Gesn. quadr.* 40. *Aldr. bisulc.* 727. *Dodart. act.* 225. *Scheuch. alp.* 155. *Wagn. helu.* 183.
Habitat in alpibus Helueticis *summis inaccessis.*
Russo-fusca, sed alba fronte, vertice, gula, auribus intus.

4. C.

depreſſa. 4. C. cornibus depreſſis incuruis minimis cranio incumbentibus. *Syſt. nat.* 14. *n.* 2.
Habitat in America.
Magnitudo *haedi Hirci.* Pili *longi, penduli.* Cornua *lunata, craſſa, vix digitum longa, cranio adpreſſa vt fere cutem perforent.*

reuerſa. 5. C cornibus erectis apice recuruis. *Syſt. nat.* 14. *n.* 3.
Habitat in America.
Magnitudo *haedi Hirci vnius anni.* Pili *breues, ceruini.* Cornua *vix digitum longa, antrorſum recuruata apice. Haec cum praecedenti coibat, et pullum non diu ſuperſtitem in viuario Cliffortiano producebat. Facies vtriusque adeo aliena, vt vix ſpeciem eandem, at diuerſiſſimam argueret.*

pygmea. 6. C. cornibus teretibus conicis obtuſis curuis: latere incuruato rugoſo.
Capra pedibus digito humano anguſtioribus. *Syſt. nat.* 14. *n.* 4.
Ceruus puſillus guineenſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 10. *t.* 43. *f.* 3.
Habitat in Guinea, India.

Gazella. 7. C. cornibus teretibus rectiſſimis longiſſimis baſi annularis. *Syſt. nat.* 14. *n.* 8.
Gazella indica, cornibus rectis longiſſimis nigris prope caput tantum annulatis. *Rai. quadr.* 79.
Habitat in India.

Ceruicapra. 8. C. cornibus teretibus dimidiato-annulatis contortis. *Syſt. nat.* 14. *n.* 7.
Gazella africana. *Rai. quadr.* 79.
Capri-Cerua. *Kaempb. amoen.* 398. *t.* 407. *f.* 1.
Habitat in India, Aſia.
Color Capreoli, ventre albo, cauda nigra.
Bezoar orientale ſaepe in huius quarto ventriculo.

Dorcas. 9. C. cornibus teretibus perfecte annulatis contortis. *Syſt. nat.* 14. *n.* 9.
Gazella africana, cornibus breuibus ab imo ad ſummum fere annulatis, circa medium inflexis. *Rai. quadr.* 80.
Habitat in Africa.

grimmia. 10. C. capite fasciculo tophoso, cauitate infra oculos. *Syst. nat.* 14. *n.* 10.
Capra syluestris africana grimmii. *Rai. quadr.* 80.
Habitat in Africa.

mambrica. 11. C. auribus pendulis longissimis. *Syst. nat.* 14.
Capra mambrica s. syriaca. *Gesn. quadr.* 153. *Rai. quadr.* 81. *Alp. aegypt.* 229.
Habitat in India.

Ammon. 12. C. cornibus arcuatis, collo subtus barbato, cauda nigra. †
Tragelaphus et Musimon. *Gesn. quadr.* 155.
Habitat in Sibiria. *Gmelin.*
Medium quasi inter Capras et Oues.
Animalis huius historia desideratur.

32. OVIS. *Cornua* concaua, retrorsum versa, intorta, rugosa.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Aries. 1. O. cornibus compressis lunatis. *Faun. suec.* 43. *Syst. nat.* 15. *n.* 1.
Ouis. *Gesn. quadr.* 138. *Aldr. bisulc.* 370. *Ionst. quadr. t.* 22. *f.* 1. 2. 3. *Rai. quadr.* 73.
rustica. α. *cornuta.*
anglica. β. *mutica, cauda scrotoque ad genua pendulis.*
hispanica. γ. *cornuta, cornuum spira extrorsum tracta.*
polycerat. δ. Polycerata e *Gotlandia* 248. *Aldr. bisulc.* 397.
africana. ε. africana. *Rai.* 75. *pro lana pilis breuibus hirta.*
laticaudata. ζ. *platyura arabica.*
Habitat in siccis apricis calidis.
Ouis cum Ariete Veruece Agnoque edit imprimis Festucam ouinam, in aruis Bursam pastoris, laeditur a Pruno spinosa, Equiseto, Flammula, Antherico, Kalmia, Myosotide aquatica, Anemone nemorosa. Parum bibit, ab aqua stagnante vermes Duodeni Hepatisque; praecauetur muria; mutat aetate dentes; fert Lanam; laetificat pascua; timida pellit hostem calcitratione, vrina. Mas vnus sufficit 20 feminis, grauidis 150 diebus. Opilio pera pedoque instructus et cane, e caula minus clausa educit balantes greges in campos

pos ſiticuloſos, apricos. Infeſtatur Hippoboſca, Pediculo, Oeſtro, Acaro. Laborat Vertigine, Hydrope, Phthiſi, Ictero, Hepatitide.

guineenſis. 2. O. auribus pendulis, palearibus laxis, occipite prominente. *Syſt. nat.* 15. *n.* 3.
Aries guineenſis ſ. angolenſis. *Marcgr. braſ.* 264. *Rai. quadr.* 75.
Habitat in Guinea.
Cornua *parua, deorſum vſque ad oculos torta.* Iuba *ſub collo pendula.* Pili *breues, hircini.*

Strepſiceros. 3. O. cornibus rectis ſpiralibus. *Syſt. nat.* 15. *n.* 2. †
Strepſiceros cretenſis. *Bellon. itin.* 20. *Aldr. biſulc.* 407. *Rai. quadr.* 75.
Habitat in Ida *monte.*

33. BOS. *Cornua* concaua, antrorſum verſa, lunata, laeuia.

Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Taurus. 1. B. cornibus teretibus extrorſum curuatis, palearibus laxis. *Faun. ſuec.* 44. *Syſt. nat.* 15. *n.* 1.
β. Bos. *Geſn. quadr.* 25. *Aldr. biſulc.* 13. *t.* 36. *Ionſt. quadr. t.* 14. *Rai. quadr.* 70.
α. Vrus. *Caeſar bell. gall. VI. c.* 5.
Habitat in Poloniae *depreſſis graminoſis ferus Vrus.*
Mugiens boansque Bos: Tauro, Vacca, Vitulo, homini vtiliſſimus pro agris laetificandis, colendis ſub iugo; pollet carne, lacte, caſeo, butyro, ſebo, corio; infeſtatur Oeſtris, Tabanis, Cynipe, Ricino, Pediculis: laeditur a Cicuta, Aconito, Anemone. Vitulus tendinoſus breuioris aeui ſingularis.

Bonaſus. 2. B. cornibus in ſe flexis, iuba longiſſima. *Syſt. nat.* 15. *n.* 2.
Bonaſus. *Rai. quadr.* 71. *Ionſt. quadr. t.* 18. *f.* 1.
Habitat in Africa, Aſia.
Defendit ſe ſtercore, ad aliquod paſſus deiecto, comburente.

3. B.

Biſon. 3. B. cornibus diuaricatis, iuba longiſſima, dorſo gibboſo. *Syſt. nat.* 15. *n.* 3.

Biſon. *Rai. quadr.* 71. *Geſn. quadr.* 296. *Ionſt. quadr. t.* 17. *f.* 2.

Biſon americanus. *Cateſb. carol.* 3. *p.* 20.

Taurus mexicanus. *Hern. mex.* 587. *Geſn. quadr.* 301.

Habitat in Mexico, Florida.

Collum *et* Pectus *vndique vrſi inſtar hirſuta.*

Bubalis. 4. B. cornibus reſupinatis intortis antice planis. *Syſt. nat.* 15. *n.* 4.

Bubalus. *Rai. quadr.* 72. *Geſn. quadr.* 58. *Aldr. biſulc. l.* 1. *c.* 6.

Habitat in Aſia, *cultus in* Italia.

Lana *duriuſcula in dorſo, caeterum pili rari. Regitur annulo narium; trahit currus; oryzam colit; caſeum di cavallo praebet.*

indicus. 5. B. cornibus aure breuioribus, dorſo gibbo, iuba nulla. †

Bubalus paruus indicus. *Edw. au.* 200. *t.* 200.

Habitat in China.

Vtrum haec ſpecies diſtincta a praecedentibus, nec ne, dubito.

VII. BEL-

VII. BELLVAE.

Dentes Primores obtuſe truncati
Mammae duae inguinales.

34. EQVVS. *Dentes Primores* ſuperiores VI erecto-paralleli.
Inferiores VI prominentiores.
Laniarii ſolitarii, incluſi, vtrinque remoti.
Pedes vngula indiuiſa.

Caballus. 1. E. cauda vndique ſetoſa. *Faun. ſuec.* 34. *Syſt. nat.* 11. Equus. *Geſn. quadr.* 132. *Aldr. vngu.* 12. *Ionſt. quadr.* 1. *t.* 1. 2. 3. 4. *Rai. quadr.* 62.
Habitat in Europa.
Animal generoſum, ſuperbum, fortiſſimum in currendo, portando, trahendo, aptiſſimum equitando, curſu furens; ſyluis delectatur; poſteriora curat; cauda muſcas abigit; alterum ſcalpit; pullum iniuriae obnoxium reponit; hinnitu ſocium vocat; dormit poſt noctem; calcitrando pugnat; ſudans ſe volutat; vegetabilia edit boue propius, ſemina diſſeminat; ſtercus incaleſcit; cyſtide fellea caret; non vomit; Equuleus Hippomane natus, pedibus elongatis; laeditur globulo auris, acicula pedis, naſi capiſtro, dentibus ſebo illitis, Padi herba, Phellandrii Carculione. Laborat hernia mediaſtini, polypo cordis, orthopnoea, oeſtro faucium anique, ſcabie, tartaroque pedum, Bubone colli; Hippocomia inſtruitur.

Aſinus. 2. E. cauda extremitate ſetoſa, cruce nigra ſupra humeros. *Faun. ſuec.* 35. *Syſt. nat.* 11.
Aſinus. *Geſn. quadr.* 40. *Aldr. vng.* 295. *Ionſt. quadr.* 12. *t.* 6. *Rai. quadr.* 63.
Onager. *Rai. quadr.* 63. *ſylueſtris eſt.*
β. Mulus. *Rai. quadr.* 64. *ab Equa et Aſino.*
γ. Hinnus. *Rai. quadr.* 64. *ab Aſina et Equo.*

Habi-

Solidungula *maſcula mammas non habent. Ariſtot.*

Habitat in oriente, *frigoris impatiens.*
Victitat spinis; tardus, stupidus, rudens, libidinosus auriculae *magnae.*

Zebra. 3. E. fasciis fuscis versicolor. *Syst. nat.* II.
Zebra. *Edw. au. tab. duae vltimae. Rai. quadr.* 69. *Ionst. quadr. t.* 5. *f.* 1. *Aldr. quadr. l.* 1. *c.* 8.
Habitat in India, Africa.
Color *albidus seu rufescens fasciis nigris digitos tres latis per totum corpus transuersis.* Cauda *Asini.*

35. HIPPOPOTAMVS. *Dentes Primores* superiores VI, per paria remoti.
Inferiores IV prominentes: intermediis recta protensis.
Laniarii solitarii, oblique truncati.
Pedes margine vnguiculati.

amphibius. 1. H. pedibus quadrilobis.
Hippopotamus. *Bell. aquat.* 28. *t.* 30. *Grew. mus. t.* 1. *f.* 5. *Alp. aegypt.* 245. *t.* 22, 23, 24, 25. *Matth. dioscor. c.* 22. *Rai. quadr.* 123. *Ionst. quadr. t.* 49. *Syst. nat.* II.
Habitat in Nilo et Bambolo Africae *et ad ostia fluuiorum* Asiae, *amphibius.*
Corpus *Suis, nudum praeter vibrissas, magnitudine Vri,* Pedibus *brevibus,* Mandibula *superiore mobili; dentibus scintillans. Mammae* 1, 1, *inguinales; incedit nec natat; humiles aggeres vix adscendit; pabulatur in fundo et sicco; Oryzae et Colocasiae dammum adfert. Lupino pellitur. Behemot Iobi.*

terrestris. 2. H. pedibus posticis trisulcis. †
Tapirierete. *Marcgr. bras.* 229. *Rai. quadr.* 126.
Habitat in Bratilia.
Animal dubium, Hippopotamo genere proximum, praeeunte Raio.

VIII. CE-

VIII. CETE.

Spiracula supra Caput.
Pinnae Pectorales caudalisque horizontalis absque unguibus.

36. MONODON. *Dens* in maxilla superiore exsertus, praelongus, rectus.
Fistula in vertice.

Monoceros. 1. MONODON. *Art. gen.* 78. *syn.*, 108. *Faun. suec.* 263. *Syst. nat.* 39.
Monoceros piscis. *Will. icht.* 42. *Rai. pisc.* 11.
Vnicornu marinum. *Tulp. obs.* 375.
Habitat in Oceano septentrionali Americae, Europae.
Cornu Monocerotis spirale huius Dens est.

37. BALAENA. *Dentium* loco in maxilla superiore laminae corneae.
Fistula duplex.

Mysticetus. 1. B. naribus flexuosis in medio capite, dorso impenni. *Art. gen.* 76. *syn.* 106. *Faun. suec.* 264. *Syst. nat.* 39. *n.* 1.
Balaena *Will. icht.* 35.
Balaena vulgo f. Musculus. *Rond. pisc.* 475.
Balaena vulgo f. Mysticetus aristotelis. *Gesn. pisc.* 114.
Balaena vulgaris edentula, dorso non pinnato. *Rai. pisc.* 6.
Balaena spitsbergensis. *Mar. spitsb.* 98. *t. Q. f. A. B. C.*
Habitat in Oceano Groenlandico.
Maximus omnium animalium; saepe 100 *pedum, victitat medusis.* Caput *grande;* Dorsum *impenne.*
Fistula *nulla, sed* 2 *foramina flexuosa.*
Mammae *abdominales ante vuluam;* Maxillosi Dentes *flexiles fissilesque vsuales. Pinguedo copiosissima, vt ex vnico saepe onceretur nauis.*

Physalus. 2. B. naribus in medio capite, dorso extremo pinna adiposa. *Art. gen.* 77. *syn.* 107. *Faun. suec.* 265. *Syst. nat.* 39. 2.

Balae-

Cetis *quibusdam pinna dorsalis, omnibus pinna caudae et pectorales; nullis P. ani, aut ventrales, cum pedes in caudam coadunati.*

Balaena edentula, corpore ſtrictiore, dorſo pinnato. *Rai. piſc.* 9.
Phyſalis bellua ſ. Phyſeter. *Geſn. piſc.* 723.
Phyſeter. *Rond. piſc.* 485. *Will. icht.* 41.
Finfiſch. *Martens. ſpitsb.* 125. *t. Q. f. C.*
Habitat in Oceano Europaeo.

Boops. 3. B. fiſtula duplici in roſtro, dorſo extremo protuberantia cornea. *Art. gen.* 77. *ſyn.* 107. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 50.
Balaena tripinnis nares habens cum roſtro acuto et plicis in ventre. *Rai. piſc.* 16.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

Muſculus. 4. B. fiſtula duplici in fronte, maxilla inferiore multo latiore. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 107. *Syſt. nat.* 39. *n.* 3. †
Balaena tripinnis, maxillam inferiorem rotundam et ſuperiore multo latiorem habens. *Rai. piſc.* 17.
Habitat in mari Scotico.
Modo hic a Myſticeto ſufficienter diſtinctus; conferatur Muſ. Ad. Fr. 51.

38. PHYSETER. *Dentes* in maxilla inferiore. *Fiſtula* in capite ſ. fronte.

Catodon. 1. P. dorſo impenni, fiſtula in roſtro.
Catodon fiſtula in roſtro. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Syſt. nat.* 39. *n.* 1.
Balaena minor in inferiore maxilla tantum dentata, ſine penna aut ſpina in dorſo. *Rai. piſc.* 15.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

macrocephalus. 2. P. dorſo impenni, fiſtula in ceruice.
Catodon fiſtula in ceruice. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Faun. ſuec.* 262. *Syſt. nat.* 39. *n.* 2.
Cete. *Cluſ. exot.* 131.
Cete Cluſio deſcriptum. *Will. icht.* 41.
Balaena maior in inferiore tantum maxilla dentata macrocephala bipinnis. *Rai. piſc.* 15: 11.
Habitat in Oceano Europaeo.
Longitudo ſaepe ſexaginta pedum.
Sperma Ceti e ventriculis cerebri.

microps. 3. P. dorſo ſpina longa, maxilla ſuperiore longiore. *Art. gen.* 74. *ſyn.* 104. *Syſt. nat.* 39. *n.* 1.

Balae-

Balaena maior inferiore tantum maxilla dentata, dentibus arcuatis falciformibus, pinnam ſ. ſpinam in dorſo habens. *Rai. piſc.* 15.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

Turſio. 4. B. dorſi pinna altiſſima, apice dentium plano. *Art. gen.* 74. *ſyn.* 104. *Syſt. nat.* 39. *n* 2.
Balaena macrocephala tripinnis, quae in mandibula inferiore dentes habet minus inflexos et in planum deſinentes. *Rai. piſc* 16.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

39. DELPHINVS. *Dentes* in maxilla vtraque. *Fiſtula* in capite.

Phocoena. 1. D. corpore ſubconiformi, dorſo lato, roſtro ſubobtuſo. *Art. gen.* 75. *ſyn.* 104. *Faun. ſuec.* 266. *Syſt. nat.* 39. *n.* 1.
Phocoena ſ. Turſio. *Bell. piſc.* 16. *Geſn. piſc.* 711.
Phocoena. *Rond. piſc.* 473. *Will. icht.* 31. *Rai. piſc.* 13.
Habitat in Oceano Europaeo, *et* Balthico.

Delphis. 2. D. corpore oblongo ſubtereti, roſtro attenuato acuto. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 105. *Syſt. nat.* 39. *n.* 2.
Delphinus. *Bell. piſc.* 9. *Rond. piſc.* 459.
Delphinus antiquorum. *Rai. piſc.* 12. *Will. piſc.* 28.
Habitat in Oceano Europaeo.

Orca. 3. D. roſtro ſurſum repando, dentibus latis ſerratis. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 106. *Faun. ſuec.* 267. *Syſt. nat.* 39. *n.* 3.
Orca. *Bell. piſc.* 18. *Rond. piſc.* 483. *Geſn. piſc.* 635. *Will. icht.* 40.
Balaena minor, vtraque maxilla dentata. *Rai. piſc.* 15.
Habitat in Oceano Europaeo.

CLAS.

SIREN *Barth. cent.* 2. *obſ.* 11. *t.* 188. *e Braſilia Cultro anatomico Leydae ſubiecta, mihi paradoxa ob Aures exſtantes, Collumque anguſtum in aquatico Mammali, nec a peregrinatoribus vlterius confirmata.*

CLASSIS II.

AVES.

AEREAE vocales Volucres pulcherrimae, *Mandibulis protractis nudis*, *Corpore pennis* imbricato, *Alis duabus* pennatis volitantes *bipedes* dignoſcuntur.

AVES leuiſſimae modicae magnitudinis, tectae pennis plumisque, deſtitutae *Auriculis*, *Labiis*, *Cauda*, *Scroto*, *Dentibus*, *Vtero*, *Epiglottide*, *Fornice*, *Corpore calloſo*, *Diaphragmate*.

PENNAE auibus propriae imbricatim in quincuncem diſpoſitae, interſtinctae *Plumis*, diſtinctae a *Remigibus Rectricibusque*, omnes, e baſi cylindro concauo vaſis lymphaticis ſimili, elongatae bifariam radiis parallelis approximatis diſtinctis itidem pinnatis.
Colore ludunt, ſed variant aetate, ſexu, tempeſtate; conſtantiores *Remiges* et *Rectrices*, quae attente notandae. (*)

OVA his, animalibus communia (pag. 9. n. 3.), numero diuerſis vario, ſed maiora pro mora excluſionis ſiccae, ſemper putamine calcario obtecta, incubatu calido excludenda plerumque Parentis.

DIVIDITVR Auium corpus in *Caput*, *Truncum*, *Artus*.

CAPVT impoſitum *Collo* elongato, erectiuſculo, teretiuſculo.
Mandibulae nudae, edentulae, exporrectae in *Roſtrum* corneum, *Naribus* pertuſum, baſi quibusdam *Cera* nuda veſtitum, *Vibriſſis* pectinatim digeſtis ad faucis exterioris margines.
Lingua carnoſa, cartilaginea, emarginata, lacera, ciliata, integra ſ. acuta.
Oculi laterales *palpebris*, *Membranaque nictitante*.
Aures truncatae absque auriculis.
Ornamenta verticis e *Criſta* pennacea ſ. *Caruncula* frontis gulaeue.

TRVN-

(*) *Act. Stockh.* 1740. *p.* 370. *t.* 1. *f.* 10, 11.

TRVNCVS ouatus constans *Dorso* coadunato macro, subtus *Sterno* magno carinato musculosissimo, *Clauiculis* coadunatis in *Furcam*, *Abdomine* minore postice sub vropygio perforato *ano*, genitalibus communi.

ARTVS comprehendunt *Alas*, *Caudam*, *Pedes*.

ALAE 2 ex Brachio et Cubito manibus priuato constant, quae postice fornicato-ciliatae Pennis *Remigibus*: exterioribus *Primoribus* Cubiti, posterioribus *Secundariis* brachii, ala *notha* supplente rudimentum Pollicis. Hae remiges proxime teguntur *Tectricibus* alarum proximis et vltra.

CAVDA ex *Vropygio* cordato, gemina glandula foeto, supra pertuso, poro penicillo cincto, ambitu ciliato Pennis *Rectricibus* saepius 12: pede longioribus in *Macrouris*, breuioribus in *Brachyuris*, suntque vel aequales (C. *integra*), vel ad latera breuiores (*cuneata*), vel ad latera longiores, (*forficata*).

PEDES 2, ex Femore, Tibia, Digitis et Vnguibus.

Femora carnosa, pennis tecta, sed seminuda in Grallis.

Tibiae tendinosae, plerisque nudae, angustae, rarius hirsutae, paucis *Calcari* postice cornutae.

Digitis pedes insistentes saepius 4, anterioribus plerisque tribus, pollice vnico postico, nisi in *scandentibus* digitis anticis duobus totidemque posticis, vel *cursoriis* absque postico. *Fissi* sunt et distincti Digiti in pletisque terrestribus (Fissipedes); *semipalmati* in paludstribus; membranis vel *Lobati*, aut membrana toti *Palmati* (Palmipedes) in natantibus.

Vnguibus instruuntur Digiti plerumque, rarius posticus absque articulo est.

VOLATILIA haec, Telluris vigiles libidinosique musici, plerumque inermia sunt, cum Alarum remigibus se facile in aethera recipiant ab hostibus terrestribus, et Caudae rectricibus aëreos diuerso volatu eludant, nisi in terra negotiari necesse sit, dum odor vel ingratus hostes arcet, vel abolitus occultat; dum aliae speculantur hostemque appropinquantem indicantque aliis.

ARMA paucis: *Cornua* Meleagridi cornutae, Anhimae.
Calcaria Pauoni, Phasiano.
Spinae (axillares) Struthion, Camelo, Fulicae spinosae, Charadrio spinoso, Anhimae.

VENERE *monogama* iunguntur pleraeque Aues, *polygama* pauciores, vt Gallinae, Anates. Illae vtriusque sexus coniunctis vitibus struunt nidum saepe artificiosissimum, vteri succedaneum, incubant sedulae ouis, pullos famelicae alunt, fouent, curant, pro aris et focis defendunt (*), dum in his otientur mares.

MIGRATIONES annuas inter septentrionales aestiuas et australes hybernas plagas arcticae Telluris instituunt non paucae, ne hyeme demergerentur boreales omnes apud nos infectiórae; sic migrant plurimi *Passeres*, inprimis *tenuirostres* ob defectum insectorum; *Grallae* ob denegatum glacie aditum vermibus et amphibiis; *Anseres* ob congelatas aquas includentes pisces etc. Reuocant vero easdem dies aestatis longiores, ciborum copia, densiores vestitus, nuptiae paratae.

OPERA nec sine fructu peragunt sua singulae: sedentes *Accipitres* cadauera auferunt, vt viuis parcant; incedentes *Picae* quisquilias imputas verminosasque deuorant; natantes *Anseres* aquarum nimios hospites minuunt; vadantes *Grallae* inquirunt in paludum animalcula; currentes *Gallinae* decidua Grana legunt; salientes *Passeres* arbustarum herbarumque semina insectaque carpunt; coque varia semina Piscium, Insectorum Plantarumque saepius in remotissima loca ferunt. Conquiruntur *venatu*, *Falconaria*; *Aucupio* instituuntur Falcones ad *venatum*, Diomedeae ad *piscaturam*, Passeres ad *Musicam*. Mansuescunt *Gallinae*, *Anates*, *Passeresque* varii: in ornithone s. Auiario coluntur ob *carnes*, *oua*, *plumas*, *pennas*, pulchritudinem, sonum. Asseruantur *exuuiae*, *siccatae*, *spiritu* contentae.

ORNITHOLOGI eminent inter veteres *Bellonius*, *Gesnerus*, *Aldrouandus*; inter recentiores *Willughbaeus*; inter recentissimos *Marsigli*, *Albinus*, *Seba*, *Catesbaeus*, eximiusque *Edwardus*. Systematici *Raius*, *Barrere*, *Kleinius*, *Mochringius*.

ORDI-

(*) *Mos. Deuter. XXII: 6. 7.*

ORDINVM Characteres.

I. ACCIPITRES.

ROSTRVM (*Vncus trahens*) ſubincuruatum: *Mandibula* ſuperiore pone apicem vtrinque dente armata: *Naribus* patulis.

PEDES inſidentes, breues, robuſti: *Digitis* ſub geniculis verrucoſis; Vnguibus arcuatis, acutiſſimis.

CORPVS Capite Colloque muſculoſis; *Cute* tenaci. Impurum.

VICTVS: Laniena rapinaque e cadaueribus.

NIDVS in altis; *Oua* circiter 4; *Femina* praeſtantior; Monogamia.

II. PICAE.

ROSTRVM (*Cuneus ſarriens*) cultratum dorſo conuexo.

PEDES ambulantes, breues, validiuſculi.

CORPVS tenaciuſculum, impurum.

VICTVS e Quisquiliis.

NIDVS in Arboribus; *Mas* alens feminam incubantem; Monogamia.

III. ANSERES.

ROSTRVM (*Cribrum colans*) laeue, epidermide tectum, apice auctum.

PEDES natatorii digitis membrana palmatis; *Tibiis* compreſſis, breuibus.

CORPVS pingue, *Cute* tenaci. Plumis praeſtantioribus. Ranceſcens.

VICTVS in Aquis ex plantis, piſcibus, etc.

NIDVS ſaepius terreſtris; *Mater* non porrigit pullis; frequentius Polygamia.

IV. GRALLAE.

ROSTRVM (*Bacillus tentans*) subcylindricum.

PEDES vadantes *Femoribus* seminudis.

CORPVS compressum pelle tenuissima; *Cauda* breui. Sapidum.

VICTVS in Paludibus ex Animalculis.

NIDVS in terra saepius. Nuptiis variis.

V. GALLINAE.

ROSTRVM (*Harpa colligens*) conuexum: *Mandibula* superiore fornicata supra inferiorem; *Naribus* membrana cartilaginea fornicatis.

PEDES cursorii *Digitis* subtus scabris.

CORPVS sebaceum, musculosum. Purum.

VICTVS e Granis in ingluuie macerandis. Pulueratrices.

NIDVS in Terra absque arte. *Ouis* numerosis. *Pullis* cibus demonstrandus. Polygamia.

VI. PASSERES.

ROSTRVM (*Forceps excipiens*) conico-acuminatum.

PEDES salientes, teneri, fissi.

CORPVS tenellum: *Graniuoris* Purum. *Insectiuoris* Impurum.

VICTVS e Seminibus aut Insectis.

NIDVS artificiosus; *Pullis* cibus inculcandus. Monogamia.

CHA-

CHARACTERES AVIVM.

I. ACCIPITRES.

40. VVLTVR Roſtrum *aduncum.* Caput *denudatum.*
41. FALCO Roſtrum *aduncum baſi* Cera *tectum.*
42. STRIX Roſtrum *aduncum baſi* Setis *tectum.*
43. LANIVS Roſtrum *rectiuſculum.*

II. PICAE.

* Digitis anticis 2, poſticis 2.

44. PSITTACVS Lingua *carnoſa.* Mandibula *ſuperior adunca.*
45. RAMPHASTOS Lingua *pennacea.* Mandibula *ſuperior inanis.*
52. CVCVLVS Lingua *cartilaginea.* Mandibula *ſuperior naribus marginatis.*
53. IYNX Lingua *lumbriciformis.* Mandibula *ſuperior teretiuſcula.*
54. PICVS Lingua *lumbriciformis.* Mandibula *ſuperior priſmatica.*

* Digitis anticis 3. poſtico 1. Lingua inciſa.

48. CORVVS Mandibula *ſuperior cultrata baſi* ſetis *tecta.*
49. CORACIAS Mandibula *ſuperior cultrata baſi nuda.*
55. SITTA Roſtrum *porrectum, rectum.*
57. MEROPS Roſtrum *arcuatum, carinatum.*
60. TROCHILVS Roſtrum *filiforme, capite longius.*

* Digitis anticis 3. poſtico 1, Lingua integra.

46. BVCEROS Mandibula *ſuperior fronte oſſeo-gibboſa.*
47. CROTOPHAGA Mandibula *ſuperior compreſſa, infracta, transuerſe ſulcata.*
50. GRACVLA Mandibula *ſuperior compreſſa, laeuis, baſi nuda.*
51. PARADISEA Mandibula *ſuperior ad medium vsque plumoſo-boloſericea.*
56. ALCEDO Mandibula *ſuperior angulata.* Lingua *breuiſſima.*
58. VPVPA Roſtrum *arcuatum.* Lingua *obtuſa.*
59. CERTHIA Roſtrum *arcuatum.* Lingua *acuta,*

III. ANSERES.

* Roſtro apice vnguiculato.

61. ANAS Nares *ouales*. Dentes *lamelloſi*.
62. MERGVS Nares *ouales*. Dentes *ſubulati*.
64. PROCELLARIA Nares *in cylindrum connatae*.
65. DIOMEDEA Nares *ſubcylindricae*, *diſtantes*.
66. PELECANVS Nares *lineares*. Facies *nuda*. Pedes *Digitis omnibus palmatis*.

* Roſtro apice ſimplici.

67. PHAETHON Roſtrum *cultrato-ſubulatum*, *fauce ampliore*. Pedes *Digitis* 4 *anticis*.
63. ALCA Roſtrum *transuerſe faſciatum*. Pedes *absque poſtico*.
68. COLYMBVS Roſtrum *ſubulatum*, *capite longius*. Pedes *pone aequilibrium*.
69. LARVS Roſtrum *ſubtus pone apicem gibbum*.
70. STERNA Roſtrum *ſubulatum*.
71. RHYNCOPS Roſtri *maxilla ſuperior breuior*.

IV. GRALLAE.

* Roſtro magno capite longiore.

72. PHOENICOPTERVS Roſtrum *infractum*, *denticulatum*. Pedes *palmati*.
73. PLATALEA Roſtrum *depreſſum*: *apice rotundato-dilatato*.
74. MYCTERIA Roſtrum *mandibulis adſcendentibus*.
75. TANTALVS Roſtrum *arcuatum* ſacco *gulari*.
76. ARDEA Roſtrum *rectum*, *acutiuſculum*.
80. RECVRVIROSTRA Roſtrum *ſubulato-attenuatum*, *recuruum*.
77. SCOLOPAX Roſtrum *rectum*, *teretiuſculum*, *obtuſiuſculum*.

* Roſtro capite vix longiore. Pedibus tetradactylis.

78. TRINGA Roſtrum *teretiuſculum*, *obtuſum*. Pollex *vix inſiſtens*.
82. FVLICA *Roſtri baſis* fronte *calua*.
83. RALLVS Roſtrum *ſubcarinatum*. Corpus *compreſſiuſculum*.
84. PSOPHIA Roſtrum *ſubfornicatum*. Nares *ouatae*.

* Ro-

* Roſtro capite vix longiore. Pedibus tridactylis.

81. HAEMATOPVS Roſtrum *compreſſiuſculum apice cuneo.*

79. CHARADRIVS Roſtrum *teretiuſculum, obtuſum.*

85. OTIS Roſtrum *ſubfornicatum.* Lingua *emarginata.*

86. STRVTHIO Roſtrum *conicum.* Alae *non volitantes.*

V. GALLINAE.

87. PAVO Vertex *pennis reuolutis.* Roſtrum *nudum.*

88. MELEAGRIS Facies *caruncvlis verrucoſa.*

89. CRAX *Baſis roſtri* Cera *obtecta.*

90. PHASIANVS Genae *nudae, laeues.*

91. TETRAO Supercilia *nuda, papilloſa.*

VI. PASSERES.

* Graminiuori craſſiroſtres.

92. COLVMBA Roſtrum *cera obliterata* naribus *tumidis.*

93. ALAVDA Roſtrum *porrectum.* Vnguis *pollicis longiſſimus.*

95. TVRDVS Roſtrum *naribus membrana ſemitectis.*

96. LOXIA Roſtrum *conico-gibbum.* Lingua *integra.*

97. EMBERIZA Roſtrum *mandibula inferiore latiore, lateribus ſurſum coarctata.*

98. FRINGILLA Roſtrum *conicum, rectum, aequale.*

* Inſectiuori tenuiroſtres.

94. STVRNVS Roſtrum *mandibula ſuperiore planiuſcula vndique marginata.*

99 MOTACILLA Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *lacera.*

100. PARVS Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *truncata*, quadrifera.

101. HIRVNDO Roſtrum *depreſſum, incuruatum.* Faux *imberbis.*

102. CAPRIMVLGVS Roſtrum *depreſſum, incuruatum.* Faux *vibriſſis ciliata.*

I. ACCIPITRES.

Roſtrum e Mandibula ſuperiore denticulum vtrinque exſerens.

40. VVLTVR. *Roſtrum* tectum, apice aduncum.
Caput impenne, antice nuda cute.
Lingua biſida.

Gryphus. 1. V. maximus, caruncula verticali longitudine capitis. †
Vultur Gryps Gryphus. *Klein. au.* 45.
Cuntur. *Rai. au.* 11.
Habitare fertur Chili.
Rara auis in terris; mihi ignota; videſis Kleinium.

Harpyia. 2. V. occipite ſubcriſtato. †
Yzquauhtli. *Hern. mex. p.* 34.
Aquilae criſtatae genus. *Rai. au.* 161.
Habitat in Mexico.
Magnitudo *arietis.* Collum, Dorſum, Cauda, Criſta *ſurrecta nigra;* Subtus *nigro candidoque fuluo mixta. Homines etiam adoritur. Hernand.*
Cfr. Aquila mexicana coronata. Roſtrum *Vulturis.* Oculi *membrana nictitante. Sub* ingluuie *pennae albae, quas iratus dimittit vsque ad pedum digitos.* Alae Caudaque *ſubtus albo nigroque punctatae, colore Tigridis. Erectus conſidet.* Pennas occipitis *ſaepius erigit in formam coronae. Fertur vnico ictu cranium hominis iratus findere. Viſus Madriti in Viuario Regio a Z. Hallman.*

Papa. 3. V. naribus caruncula tis, vertice colloque denudato.
Vultur elegans. *Edw. au.* 2. *t.* 2.
Vultur. *Alb. au.* 2. *p.* 4. *t.* 4.
Habitat in India *occidentali.*
Obſ. Vultur. *Alb. au.* 3. *p.* 1. *t.* 1. *an femina huius?*
Caput et Collum *quaſi excoriata retrahere poteſt intra vaginam cutis plumoſae colli inferioris.*

Aura. 4. V. fuſco-griſeus, remigibus nigris, roſtro albo.
Tzopilotle ſ. Aura. *Hernand. mex.* 331.

Vru-

Vrubu braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 207. *Willugh. orn.* 68. *Rai. au.* 10. 180.

Buteo ſpecie gallo-pauonis. *Catesb. car.* 1. *p.* 6. *t.* 6.

Vultur gallinae africanae facie. *Sloan. iam.* 2. *p.* 294. *t.* 254.

Vultur pullus, capite implumi, cute craſſa rugoſa vltra aperturas naſales laxata. *Brown. iam.* 471.

Habitat in America *calidiore.*

Priuilegio munitus in Iamaica.

barbatus. 5. V. albidus, dorſo fuſco, iugulo barbato, roſtro incarnato, capite linea nigra cincto.

Vultur aureus. *Geſn. au.* 738. *t.* 781.

Vultur barbatus. *Edw. au.* 106. *t.* 106.

Art. gen. 41. *ſyn.* 69. Perca radiis pinnae dorſalis ſecundae 13, ani 14. D.9,13.P.15.V.6.A.$\frac{3}{14}$.C.—
Habitat in Europa *auſtraliore.*
Hic, Muraena Helena, Myxo in Tripatino; Roma optimus inter duos pontes.

nilotica. 5. P. pinnis dorſalibus ſubdiſtinctis, caudae integra.
Muſ. Ad. Fr. 2. *p.* D. 8, $\frac{1}{9}$.P.14.V.6.A.$\frac{3}{13}$.C.15.
Haſſelqu. iter. 359. *n.* 83. Perca nilotica. D.8,$\frac{1}{13}$.P.16.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{12}$.C.20.
Habitat in Nilo. *Haſſelquiſt.*

* * *Dorſo monopterygio, cauda indiuiſa.*

marina. 6. P. pinnis dorſalibus vnitis; radiis XV ſpinoſis, XIV muticis, corpore lituris variegato. D.$\frac{15}{29}$.P.19.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{11}$.C.14.
Art. gen. 40. *ſyn.* 68. Perca lineis vtrinque 7 transuerſis nigris, ductibus miniaceis caeruleisque in capite et antica ventris. D.$\frac{10}{25}$.P.--V.--A.$\frac{3}{10}$.C.—
Habitat in Norvegia, Italia.

7. P.

nobilis. 7. P. pinnis dorſalibus vnitis, cauda integra, corpore argenteo faſciis octo fuſcis. D. $\frac{12}{25}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 17.
Habitat in America *ſeptentrionali. Muſ. De Geer.*
Radii ſpinoſi dorſales lateribus argentei ſunt.

polymna. 8. P. pinnis dorſalibus vnitis, corpore nigro: faſciis 3 albis. *Muſ. acad.* D. $\frac{11}{26}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{16}$. C. 16.
Habitat in Indiis.
Coniungit haec Percas, Labros, Sparos, Chaetodontes, ſed opercula ſpinoſa ad Percam referunt.

cottoides. 9. P. pinnis dorſalibus vnitis, cauda indiuiſa, pinnis omnibus lineis duabus punctatis. D. $\frac{14}{20}$. P. 14. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 12.
Habitat . .

philadelphica. 10. P. pinnis dorſalibus connatis: radiis XI ſpinoſis, IX muticis. D. $\frac{11}{20}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{8}$. C. 11.
Habitat in America.

mediterranea. 11. P. pinnis dorſalibus vnitis, reliquis fuluis, macula nigra ad pectorales.
Muſ. Ad. Fr. 2. p. . . D. $\frac{16}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 13.
Habitat . .

vittata. 12. P. pinnis dorſalibus vnitis, faſciis 5 longitudinalibus albis fuſcisque.
Muſ. Ad. Fr. 2. p. D. $\frac{12}{18}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.
Habitat . .

punctata. 13. P. pinnis dorſalibus vnitis, cauda integra, corpore caeruleo punctato.
Catesb. car. 2. p. 7. t. 7. f. 1.
Perca marina punctata.
Habitat in America.

guttata. 14. P. pinnis dorſalibus vnitis, cauda integra, corpore punctis ſanguineis adſperſo.
Marcgr. braſ. 169. Cugupugvacu.
Sloan. iam. 2. *p.* 280. *t.* 247. *f.* 2.
Will. icht. 303. *t.* 1.
Rai. piſc. 127.
Catesb. car. 2. *p.* 14. *t.* 14.
Habitat in America.

Scriba. 15. P. pinnis dorſalibus vnitis, cauda integra, pinnis caudae pectoralibusque flauis, capite ſcripto. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . .
Habitat . .
D. $\frac{10}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 15.

* * * *Dorſo monopterygio, cauda bifida.*

venenoſa. 16. P. pinnis dorſalibus vnitis, pectoralibus apice flauis, cauda lunata, corpore punctis ſanguineis.
Catesb. car. 2. *p.* 5. *t.* 5. Perca marina venenoſa punctata.
Habitat in America.

melanura. 17. P. pinnis dorſalibus vnitis, cauda bifida nigra margine albo, corpore lineis luteis.
Catesb. car. 2. *p.* 7. *t.* 7. *f.* 2. Perca marina cauda nigra.
Habitat in America.

gibboſa. 18. P. pinnis dorſalibus vnitis, cauda bifida, abdomine luteo, operculis ſtriatis apice nigro fuluoque.

Catesb.

Catesb. car. 2. *p.* 8. *t.* 8. *f.* 3. Perca fluuiatilis gibbosa, ventre luteo.
Habitat in America.

saltatrix. 19. P. pinnis dorsalibus vnitis, cauda bifurca postice rubra, abdomine luteo griseo-lineato.
Catesb. car. 2. *p.* 8. *t.* 8. *f.* 2. Perca marina saltatrix.
Habitat in America.

stigma. 20. P. pinna dorsali ramentacea, operculis inustis.
Mus. acad. D. $\frac{18}{27}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{9}{19}$. C. 17.
Habitat in India.

diagramma. 21. P. pinnis dorsalibus vnitis, corpore lineis luteis.
Gron. mus. 1. *n.* 89. Sparus lineis longitudinalibus luteis varius, aculeis XI. in pinna dorsi. D. $\frac{11}{26}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18.
Habitat . .

striata. 22. P. pinnis dorsalibus vnitis, cauda bifida, corpore striato. D. $\frac{13}{28}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17.
Habitat in America *septentrionali. Mus. De Geer.*
Opercula subserrata. Radius secundus analis validissimus. Cauda nigra non est, qua differt a P. Melanura.

lineata. 23. P. pinna dorsali ramentacea, corpore lineis 5 albis fuscisque.
Mus. Ad. Fr. 1. *p.* 66. Sciaena fasciis 5 longitudinalibus albis fuscisque alternis. D. $\frac{17}{33}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16.
Habitat . .

rhomboidalis. 24. P. lineis 7 luteis, pinnis flauis, cauda bifurca.

Catesb. car. 2. p. 4. t. 4. Perca marina rhomboidalis fasciata.
Brown. iam. 146. Sparus striis longitudinalibus varius, dentibus anterioribus latioribus compressis aequalibus acutis.
Habitat in America.

Cernua. 25. P. pinnis dorsalibus vnitis radiis 27, spinis 15, cauda bifida. *Fn. suec.* 286.
Art. gen. 40. *syn.* 68. *spec.* 77. Perca dorso monopterygio, capite cauernoso. D. $\frac{15}{28}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{8}$. C. --
Gron. mus. 1. *n.* 94. idem. D. $\frac{15}{28}$. P. -- V. 6. A. $\frac{2}{7}$. C. 16.
Habitat in Europae *Lacubus.*

Schraetser. 26. P. pinnis dorsalibus vnitis, lineis corporis nigris.
Art. gen. 40. *syn.* 68. Perca dorso monopterygio, lineis vtrinque longitudinalibus nigris. D. $\frac{18}{30}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{2}{8}$. C. --
Habitat in Europa *australi.*

argentea. 27. P. pinnis dorsalibus vnitis, cauda bifida, naribus tubulosis. *Mus. Ad. Fr. 2. p.*.. D. $\frac{18}{22}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17.
Habitat . .

Cabrilla. 28. P. pinnis dorsalibus vnitis, cauda bifida, fasciis longitudinalibus 4 sanguineis. *Mus. Ad. Fr. 2. p.*.. D. $\frac{10}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 17.
β. *Mus. Ad. Fr. 2. p.* . . . Perca lituris flauis violaceisque variegata. D. $\frac{10}{24}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{10}$. C. 16.
Habitat . .

Radula. 29. P. pinnis dorsalibus vnitis, cauda bifida, corpore punctis albis lineato.

Amoen.

Amoen. acad. 1. *p.* 315. Labrus immaculatus, pinnae dorsalis radiis 10 spinosis. D. $\frac{11}{20}$. P. 12. V, 6. A. $\frac{3}{13}$. C. 17.
Habitat in India.
Squamae crenulatae.

145. GASTEROSTEVS. *Caput* . .
Membr. branch. radiis III.
Arted.
Corpus ad caudam vtrinque carinatum. *Aculei* distincti ante pinnam dorsi.

aculeatus. 1. G. spinis dorsalibus tribus.
Art. gen. 52. *syn.* 80. *spec.* 26. *Fn. suec.* 276. D. 3. 12. P. 10. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{9}$. C. 12.
Habitat in Europa.

Ductor. 2. G. spinis dorsalibus quatuor. B. 7. D. 4, 27. P. 18. V. 6. A. 16. C. 19.
Hasselqu. iter. 366. Scomber Ductor. D. $\frac{4}{28}$. P. 20. V. 5. A. 16. C. 16.
Osbeck. iter. 73. Scomber Ductor. D. $\frac{3}{30}$. P. 19. V. 5. A. 16. C. 26.
-- *Act. Stockh.* 1755. *p.* 71. idem.
Habitat in Pelago, *Satelles Squali.*
Medius quasi inter Gasterosteos et Scombros; at convenit cum illis spinis ante pinnam dorsalem distinctis et cum G. Pungitio caudae lateribus carinatis, quamuis differat a Gasterosteis Membrana branchiostega.

occidentalis. 3. G. spinis dorsalibus septem, spinisque duabus ante pinnam analem. D. 7, 11. P. 7. V. 6. A. 2, $\frac{1}{7}$. C. 16.
Habitat in America. *Mus. De Geer.*

4. G.

ouatus. 4. G. spinis dorsalibus septem: prima recumbente, corpore ouato. B.6.D.7,20.P.16.V.6.A.2,$\frac{1}{17}$.C.20.
Habitat in Asia.
Piscículus *ouato oblongus, compressus, figura Chaetodontis.* Maxillae *et labiorum dentes scabri.* Spinae *in dorso 7 ante pinnam dorsalem, sed distinctae et alternatim ad latera directae; harum prima minima, 2da paulo longior.* Spinae 2 *validae ante pinnam ani. Differt a* Gasterosteis *reliquis membr. branch. radiis 6, nec 3; caret scutello thoracis osseo, an itaque Labris annumerandus vel Gasterosteis?* Spina *prima dorsi antrorsum decumbens fixa, vti in Scombris quibusdam.*

Pungitius. 5. G. spinis dorsalibus decem.
Art. gen. 52. *syn.* 80. *spec.* 97. *Fn. succ.* 277. D.10,11.P.--V.1.A.11.C.--
Habitat in Europa.

volitans. 6. G. spinis dorsalibus tredecim, cirris senis, pinnis pectoralibus corpore longioribus.
Gron. mus. 2. *n.* 191. Perca dorso monopterygio, capite cauernoso, maxilla superiore cirris 4, cauda subrotunda vtrinque aculeata. B.7.D.13-12.P.14.V.6.A.$\frac{1}{9}$.C.13.
Will. icht. app. 1. *t.* 2. *n.* 3. Perca amboinensis niehofii.
Ruysch. thes. 1. *p.* 39. *t.* 2. *f.* 3.
Valent. amb. t. 2. 0. *n.* 210. *et t.* 213. *n.* 213.
Habitat in Amboina.
Radii dorsales 13 *priores basi tantum membrana connexi sunt, et spinosi. P.* pectorales *corpore longiores volantes.* Cauda *supra et infra aculeis* 3 *minimis.*

Spinachia. 7. G. spinis dorsalibus quindecim. *Art. gen.* 52. *syn.* 81. *Mus. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . D.15,6.P.10.V.0.A.7.C.12.
Habitat in Europa *australiore.*

8. G.

Spinarella. 8. G. capitis postico spinis quaternis serrularis longitudine abdominis.
Mus. Ad. Fr. 1. *p.* 74. *t.* 32. *f.* 5. Pungitius. D. 16. P. 20. V. 4. A. 8. C. --
Habitat in India.

146. SCOMBER. *Caput* compressum, laeue.
Membr. branch. radiis VII.
Corpus laeue, linea laterali postice carinatum. *Pinn. ae spuriae* saepius versus caudam.

* *Pinnulis spuriis distinctis.*

Scombrus. 1. S. pinnulis V.
Fn. suec. 287. Scomber radiis pinnarum pectoralium 20, dorsalium 12.
Art. gen. 30. *syn.* 48. *spec.* 68. Scomber pinnulis 5 in extremo dorso, spina breui ad anum. D. 12,12. P. 20. V. 6. A. 13. C. --
Gron. mus. 1. *n.* 81. idem D. 11, 11. P. 18. V. 6. A. 12. C. --
Habitat in Oceano Atlantico *victitans Medusis, vt congeneres.*
Lucet in tenebris.

Pelamis. 2. S. pinnulis inferioribus VII, corpore lineis vtrinque quatuor nigris. *Loesl. epist.* D. 15. 11. P. 27. V. 6. A. 14. C. --
Osbeck. iter. 67. Scomber pulcher s. Bonet. D. 15, 10. P. 28. V. 7. A. 14. C. 26.
Habitat in Pelago *inter Tropicos.*

Thynnus. 3. S. pinnulis vtrinque VIII.
Osbeck. iter. 69. Scomber albicans s. Albecor. D. 14, 12. P. 32. V. 6. A. 13. C. 30.
Art. gen. 31. *syn.* 49. Scomber pinnulis 8. s. 9. in extremo dorso, sulco ad pinnas ventrales. D. 14, 14. P. 34. V. 6. A. 13. C. --

Loesl.

Loefl. epist. Scomber pinnulis 9, pinna dorsi priori plicata, dentibus planis lanceolatis, maxilla superiore acuta. D.14,13. P.22. V.6. A.16. C.—

Brown. iam. 451. Thynnus pinnulis superioribus 9, inferioribus 8.

Habitat inter Tropicos, *in Pelago.*

Sociorum Garum pretiosa piscium Sanies ex intestinis piscium salitis.

Cordyla. 4. S. pinnulis X, linea laterali loricata.

Gron. Act. Upsl. 1750. *p.*36. Scomber linea laterali curua tabellis osseis loricata, corpore lato et tenui. D.7,9. P.15. V.6. A.2,14. C.20.

Marcgr. bras. 172. Guara tereba.

Rai. pisc. 93. Trachurus brasiliensis.

Habitat in America.

* * *Pinnulis spuriis connatis.*

Glaucus. 5. S. pinnulis nullis, spina dorsali recumbente.

Osbeck. iter. 296. Scomber adscensionis. D.7,25. P.20. V.5. A.25. C.20.

Art. gen. 32. *syn.* 51. Scomber dorso dipterygio, osticulo secundo pinnae dorsalis altissimo. D.7,26. P.18. V.5. A.$\frac{2}{27}$. C.—

Habitat ad insul. adscensionis.

Trachurus. 6. S. pinnulis vnitis, spina dorsali recumbente, linea laterali loricata.

Art. gen. 31. *syn.* 50. Scomber linea laterali aculeata, pinna ani osticulorum 30. D.8,34. P.20. V.6. A.$\frac{2}{30}$. C.—

Mus.

Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 72. idem. D. 8, 31 P. 20. V. 6. A. 27. C. 22.
Chin. Lagerſtr. 27. Scomber linea laterali ſquamis latis pinnata. D. 8, 34. P. 18. V. 6. A. $\frac{2}{30}$. C. 17.
Haſſelqu. iter. 363. Scomber Trachurus. D. 8, 32. P. 20. V. 6. A. 30. C. 20.
Habitat in Mediterraneo.

Amia. 7. S. pinnulis vnitis, radio vltimo dorſalis poſterioris longiore.
Art. gen. 31. *ſyn.* 51. Scomber dorſo dipterygio, officulo vltimo pinnae dorſalis ſecundae praelongo. D. 5, 34. P. 20. V. 6. A. 24. C. --
Habitat . .

pelagicus. 8. S. pinnulis pinnaque, dorſali coadunatis in vnum.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 72. Scomber pinna dorſali vnica. D. 40. P. 19. V. 5. A. 22. C. 20.
Habitat . .

147. MVLLVS. *Caput* compreſſum, decliue, ſquamis rectum.
Membr. branch. radiis III.
Corpus ſquamis magnis, facile deciduis.

barbatus. 1. M. cirris geminis, corpore rubro. D. 7, 9. P. 15. V. 6. A. 7. C. 16.
Art. gen. 43. *ſyn.* 71. Trigla capite glabro, cirris geminis in maxilla inferiore. D. 7, 9. P. 16. V. 6. A. 7. C. 17.
Gron. muſ. 1. *n.* 99. idem. D. 7, 9. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{7}$. C. --
Habitat in M. Mediterraneo, et Oceano *ſeptentrionali.*
Deſquamatus ruber eſt; nihil eo exſpirante formoſius, nihil Mullo ſapidius, Romanorum itaque in eo ſummae gulae inſania et Aſotorum prodigalitas, teſte Plinio, Sene-

Seneca, Horatio, Iuuenali, Martiali; emebatur olim argenti puri pondere, ideoque non edit Mullum, qui eum capit; maxime friabilis.

Surmuletus. 2. M. cirris geminis, lineis luteis longitudinalibus.
Art. gen. 43. *syn.* 71. Trigla capite glabro, lineis vtrinque 4 luteis longitudinalibus.
Habitat in M. Mediterraneo *et ad* Cornubiam.

imberbis. 3. M. imberbis.
Art. gen. 43. *syn.* 71. Trigla capite glabro, tota rubens, cirris carens. D.6, $\frac{1}{10}$.P.12.V.6.A.$\frac{2}{10}$.C.20.
Habitat in Melita.

148. TRIGLA. *Caput* loricatum lineis scabris. *Membr. branch.* radiis VII. *Corpus: Digiti* liberi ad pinnas pectorales.

cataphracta. 1. T. digitis geminis, rostro furcato elongato, corpore loricato. B.7.D.27.P.11.V.6.A.20.C.10.
Art. gen. 46. *syn.* 75. Trigla cirris plurimis, corpore octagono. D.26.P.12.V.6.A.19.C.--
Gron. mus. 1. *n.* 98. idem.B.5.
Habitat in M. Mediterraneo: *supero inferoque.*
Pinnae ventrales adnexae pectoralibus. Cirri *plures ad labium inferius.* Os *edentulum.*

Lyra. 2. T. digitis ternis, naribus tubulosis.
Art. gen. 46. *syn.* 74. Trigla rostro longo diacantho, naribus tubulosis. D.10,18.P.12.V.$\frac{1}{6}$.A.--C.--
Habitat in Mari Britannico.

3. T.

Gurnardus. 3. T. digitis ternis, dorso maculis nigris rubrisque. D.9,18. P.10. V.6. A.19. C.15.
Art. gen. 46. *syn.* 74. Trigla varia rostro diacantho, aculeis geminis ad vtrumque oculum.
Gron. mus. 1. *n.* 101. idem. D.8,18. P.10. V.6. A.17. C.15.
Habitat in Oceano Britannico.

Cuculus. 4. T. digitis ternis, linea laterali mutica. D.9,16. P.10. V. $\frac{1}{6}$. A.16. C.13.
Art. gen. 45. *syn.* 74. Trigla tota rubens, rostro parum bicorni, operculis branchiarum striatis. D.9,17. P.11. V.6. A.15. C.13.
Habitat in Mari Mediterraneo, Pelago.

Lucerna. 5. T. digitis ternis, rostro subbifido, linea laterali ad caudam bifida.
Art. gen. 45. *syn.* 73. Trigla rostro parum bifido, linea laterali ad caudam bifurca. D.10,17.P.10. V.6. A.15. C. --
Gron. mus. 1. *n.* 100. idem. D.8,16. P.10. V.6. A.15. C. --
Habitat in Oceano *septentrionali.*

Hirundo. 6. T. digitis ternis, linea laterali aculeata.
Art. gen. 44. *syn.* 73. Trigla capite aculeato, appendicibus vtrinque tribus ad pinnas pectorales. D.9,18. B.10. V. $\frac{1}{6}$. A.19. C.12.
Fn. suec. 281. *It. Wgot. p.* 176. idem. D.7,19. P.9. V.6. A.18. C.11.
Habitat in Oceano Atlantico.
Pinnae *pectorales nigrae.*

asiatica. 7. T. digitis quaternis. B.7. D. $\frac{1}{7}$, 16. P.18. V.6. A.17. C.18.
Habitat in Oceano *asiatico.*

Corpus *laeue, teretiuſculum, argenteum.* Naſus *ſ. roſtrum prominens, laeue.* Os *intus ſcabrum.* Opercula *anteriora ſerrata.* Pinnae *pectorales falcatae.*

volitans. 8. T. digitis vicenis palmatis.
Art. gen. 44. *ſyn.* 73. Trigla capite parum aculeato, pinnula ſingulari ad pinnas pectorales. D. 5, 8. P. 28. V. 5. A. 6. C. —
Gron. muſ. I. *n.* 102. idem. D. 6, 8. P. 6. V. 5 A. 6. C. 18.
Habitat in Mari Mediterraneo, Oceano, Pelago *inter tropicos*, in Aſia, *imprimis* ad Cap. b. ſpei, *ſaepe agitata euolans ex aqua.*

V. ABDOMINALES.

149. COBITIS. *Caput:* *Oculi* in ſuprema capitis parte.
Membr. branch. radiis IV-VI. Opercula inferne clauſa.
Corpus fere aequale ſ. Cauda verſus pinnam minus anguſtata.

Anableps. 1. C. capite inermi depreſſo, oculis prominulis.
Art. gen. 25. Anableps.
Gron. muſ. 1. *n.* 32. *t.* 1. *f.* 1, 2, 3. Anableps. B. 6. D. 7. P. 22. V. 7. A. 9. C. --
Habitat in India.

Barbatula. 2. C. cirris oris 6, capite inermi compreſſo.
Art. gen. 2. *ſyn.* 2. Cobitis tota glabra maculoſa, corpore ſubtereti. D. 8. P. 12. V. 7. A. 6. C. --
Faun. ſuec. 332. idem.
Habitat in Europae, Aſiae *aquis dulcibus.*

Taenia. 3. C. cirris oris 6, ſpina ſuboculari. D. 7. P. 8. V. 7. A. 7. C. 16.
Art. gen. 2. *ſyn.* 3. *ſpec.* 4. Cobitis aculeo bifurco infra vtrumque oculum. D. 9. P. 7. V. 7. A. 8. C. 18.
Fn. ſuec. 333. idem.
Gron. muſ. 1. *n.* 5. idem. D. 7. P. -- V. 7. A. 6. C. 16.
Habitat in Europae *aquis dulcibus.*

foſſilis. 4. C. cirris oris 8, ſpina ſupra-oculari.
Gron. Act. Vpſ. 1742. *p.* 79. *t.* 3. Cobitis aculeo bifurco ſupra vtrumque oculum. B. 3. D. 7. P. 9. V. 6. A. 7. C. 16.
Art. gen. 2. *ſyn.* 3. Cobitis caeruleſcens, lineis

vtrinque 5 longitudinalibus. D. 7. P. 11. V. 5. A. 5. C. 16.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 76. idem. D. 6. P. 11. V. 6. A. 6. C. 15.
Habitat in Europa.

150. SILVRVS. *Caput* nudum. *Os* cirris aliquot filiformibus tentaculatum.
Membr. branch. radiis IV-XIV.
Corpus: Radius pinnarum pectoralium aut dorſalis primus ſpinoſus, retrodentatus.

Aſotus. 1. S. pinna dorſali vnica, cirris 4. B. 16. D. $\frac{0}{5}$. P. $\frac{1}{14}$. V. 13. A. 82. C. 16.
Habitat in Aſia. *M. Ac. Holmenſis.*
Cirri *duo ſupra os; duo infra.* Dentes *numeroſi.* Spina *nulla rigida in pinna dorſi, at ſerrata in Pectoralibus, vt in congeneribus.* P. ani *longa, caudae annexa.*

Glanis. 2. S. pinna dorſali vnica, cirris 6.
It. ſcan. 61. Mal. B. 14. D. 4. P. $\frac{1}{18}$. V. 12. A. 88. C. 17.
Act. Stockh. 1756. *p.* 34. *t.* 3. Silurus. B. 16. D. 4. P. $\frac{1}{17}$. V. 13. A. 88. C. 17.
Art. gen. 82. *ſyn.* 110. Silurus cirris 4 in mento. D. 4. P. $\frac{1}{16}$. V. 11. A. 20. C. 17.
Gron. muſ. 1. *n.* 25. Silurus cirris 2 ad maxillam ſuperiorem, 4 in mento. B. 14. D. $\frac{1}{3}$. P. $\frac{1}{15}$. V. 11. A. 90. C. 15.
Habitat in Oriente, *minus frequens in* Europae *lacubus. Maximus dulciam; indaeis vetitus.*

Aſpredo. 3. S. pinna dorſali vnica: radiis 5, cirris 8.
Amoen. acad. 1. *p.* 311. *t.* 14. *f.* 5. Aſpredo. B. 4. D. 5. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 55. C. 11.

Gron. muſ. 1. *n.* 26. Aſpredo. B. 4. D. 5. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 55. C. 9.
Klein. miſſ. 5. *p.* 86. *t.* 4. *f.* 8. Batrachus.
Habitat in Americae *fluuiis.*

Myſtus. 4. S. pinna dorſali vnica, radiis 6, cirris 8. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . B. -- D. $\frac{1}{5}$. P. $\frac{1}{9}$. V. 6. A. 57. C. 19.
Haſſelqu. iter. 376. Silurus Schilbe niloticus. B. 10. D. $\frac{1}{7}$. P. $\frac{1}{12}$. V. 6. A. 62. C. 20.
Habitat in Nilo.

anguillaris. 5. S. pinna dorſali vnica, radiis 70, cirris 8. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . B. -- D. 70. P. $\frac{1}{7}$. V. 6. A. 55. C. 17.
Haſſelqu. iter. 371. Silurus Charmuth niloticus. B. 10. D. 72. P. $\frac{1}{10}$. V. 6. A. 59. C. 21.
Habitat in Nilo.

Batrachus. 6. S. pinna dorſali vnica radiis 60, cirris 8. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . B. 5. D. 60. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 48. C. 14.
Habitat in Aſia, Africa.

vndecimalis. 7. S. pinna dorſali vnica radiis 11, cirris 8. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . B. -- D. $\frac{1}{11}$. P. $\frac{1}{11}$. V. 6. A. 11. C. 17.
Habitat . .

militaris. 8. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, cirris 2 rigidis. B. -- D. $\frac{1}{5}$, 0. P. $\frac{1}{11}$. V. 7. A. 20. C. 18.
Habitat in Aſia. *M. Ac. Holmenſ.*
Oculi *ad lateræ capitis.* Cirri 2 *ad os, compreſſi, rigidi, oſſei.* Linea lateralis *recta.* Dorſum *ad pinnam dorſi aſſurgens.*

Catus. 9. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 20, cirris 8. B. 5. D. $\frac{1}{6}$, 0. P. $\frac{1}{11}$. V. 8. A. 20. C. 17.
Catesb. car. 2. *p.* 23. *t.* 23. Bagre 2 Marcgr. affinis.

Marcgr. braſ. 173. Bagre ſpecies 2.
Habitat in America, Aſia.
Ex Aſia vidi pinnis ventr. radiis 6.

Clarias. 10. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 11, cirris 6.
Muſ. Ad. Fr. 1. p. 73. Aſpredo pinna dorſali poſtica adipoſa. B.9.D.$\frac{1}{7}$,0.P.$\frac{1}{10}$.V.7.A.11.C.17.
It. ſcan. 82. Aſpredo cirris longitudine corporis, pinnis dorſalibus duabus. B.--D.7,0.P.$\frac{1}{9}$.V.5.A.10.C.16.
Gron. muſ. 1. n. 83. Myſtus cirris 6 longiſſimis, pinna dorſi ſecunda longiſſima a priori ad caudam extenſa. B.4.D.$\frac{1}{7}$,0.P.$\frac{1}{10}$.V.$\frac{1}{6}$.A.11.C.19.
Haſſelqu. iter. 369. Silurus Scheilan niloticus. B.6.D.$\frac{1}{5}$,0.P.$\frac{1}{9}$.V.7.A.12.C.16.
Habitat in Americae, Africae *fluviis.*
In Nilo venenatus radio dentato pectoralium.

Aſcita. 11. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 18, cirris 6.
Muſ Ad. Fr. 1. p. 79. t. 30, f. 2. Aſcita. B.--D.$\frac{1}{8}$,0.P.$\frac{1}{12}$.V.6.A.18.C.18.
Habitat in India.
Ouis maturis, intumeſcente abdomine, longitudinaliter debiſcit.

coſtatus. 12. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ſquamis ſerie ſimplici, cirris 6, cauda bifida.
Gron. muſ 2. n.177. t.5. f. 1. 2. Myſtus cirris 6 longiſſimis, vnico ſquamarum aculeatarum ordine vtrinque in lateribus. D.$\frac{1}{7}$,0.P.$\frac{1}{9}$.V.7.A.12.C.17.
Habitat in Indiis.

13. S.

Callichthys. 13. S. pinna dorſali poſtica vniradiata, ſquamis ordine duplici, cirris 4.

Amoen. acad. I. *p.* 317. *t.* 14. *f.* 1. Callichthys. B. 3. D. $\frac{1}{8},\frac{1}{1}$. P. $\frac{1}{7}$. V. 6. A. $\frac{1}{7}$. C. 14.

Gron. muſ. I. *n.* 70. Callichthys cirris 4, lateribus duplici ſquamarum ordine. B. 3. D. $\frac{2}{8}$, 1. P. $\frac{1}{17}$. V. 7. A. 7. C. 14.

Barrer. aequin. 175. Mullus paluſtris minor loricatus.

Habitat in Americae *riuulis.*

Riuulis exſiccatis exit per terram aquas quaeſiturus. Marcgr. braſ. 151.

cataphractus. 14. S. pinna dorſali poſtica vniradiata, ſquamis ordine ſimplici, cirris 6, cauda integra.

Gron. muſ. I. *n.* 71. *t.* 3. *f.* 4. 5. Callichthys cirris 6, lateribus vno ſquamarum ordine. B. 6. D. $\frac{1}{5},\frac{1}{1}$. P. — V. 6. A. 9. C. 19.

Catesb. car. 3. *p.* 19. *t.* 19. Cataphractus americanus.

Habitat in America.

151 LORICARIA. *Caput* laeue, depreſſum. *Os* edentulum, retractile.
Membr. branch. radiis VI.
Corpus cataphractum.

cataphracta. 1. LORICARIA. *Muſ. Ad. Fr.* I. *p.* 79. *t.* 29. *f.* 1. D. $\frac{1}{8}$. P. $\frac{1}{7}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{6}$. C. 12.

Gron. muſ. I. *n.* 68. *t.* 2. *f.* 1. 2. Plecoſtomus dorſo monopterygio, oſſiculo ſuperiori caudae bifurcae ſetiformi. D. $\frac{1}{8}$. P. $\frac{1}{7}$. V. $\frac{1}{6}$. A. 6. C. 12.

β. *Gron. muſ.* 1. *n.* 69. Plecoſtomus ore edentulo, oſſiculo ſuperiore caudae bifurcae longitudine corporis.
Habitat in America *meridionali.*
Lobus ſuperior caudae filo longiſſimo terminatur.

152. SALMO. *Caput* laeue. *Dentes* in maxillis, lingua.
Membr. branch. radiis IV-X.
Corpus: Pinna dorſalis poſtica *adiposa;* Pinnae *ventrales* multiradiatae.

* TRVTTAE corpore variegato.

Salar. 1. S. roſtro vltra inferiorem maxillam prominente. *Art. gen.* 11. *ſyn.* 22. *ſpec.* 48. *Fn. ſuec.* 306.
B. 12. D. 15. P. 14. V. 10. A. 13. C. 19.
Habitat in Oceano Europae, *parit in fluuiis.*
Mas maxilla ſuperiore aduncа; fortiter fluuios adſcendit; allicitur albo.

Eriox. 2. S. maculis cinereis, caudae extremo aequali. *Art. gen.* 12. *ſyn.* 23. *ſpec.* 50. *Fn. ſuec.* 307. B. 12. D. 14. P. 14. V. 10, A. 12. C.--
Habitat cum praecedente.

Trutta. 3. S. ocellis nigris iridibus brunneis, pinna pectorali punctis 6. *Fn. ſuec.* 308. B.--D. 12. P. 13. V. 10. A. 9. C. 20.
Art. gen. 12. *ſyn.* 14. Salmo latus, maculis rubris nigrisque, cauda aequali.
Gron. muſ. 2. *n.* 164. Salmo latus, cauda ſubrecta

maxil-

maxillis aequalibus, maculis nigris annulo albido. D. 14. P. 12. V. 12. A. 10. C. —.
Habitat in fluuiis Europae.

Fario. 4. S. maculis rubris, maxilla inferiore sublongiore.
Art. gen. 12. *syn.* 23.
spec. 51. B. — D. 13. P. 10. V. 10. A. 10. C. 18.
Fn. suec. 309. idem. B. 10. D. 14. P. 14. V. 9. A. 11. C. 20.
Habitat in Sueciae, Heluetiae *fluuiis.*

Hucho. 5. S. oblongus, dentium lineis duabus palati, maculis tantummodo nigris.
Art. gen. 12. *syn.* 25.
Habitat . .

lacustris. 6. S. cauda bifurca, maculis solum nigris, sulco longitudinali ventris. *Art. gen.* 12. *syn.* 25.
Habitat in Heluetia.

Carpio. 7. S. pede minor, dentium ordinibus quinque palati.
Art. gen. 13. *syn.* 27.
Habitat in Angliae, Vallesiae *fluuiis.*

alpinus. 8. S. dorso nigro, lateribus caeruleis, ventre fuluo.
Fn. Suec. 310.
It. Wgot. 257. Roeding. B. 10. D. 13. P. 14. V. 10. A. 12. C. 19.
Art. gen. 13. *syn.* 25. *spec.* 52. Salmo vix pedalis, pinnis ventris rubris, maxilla inferiore paulo longiore.
Habitat in Lapponiae, Angliae *alpibus, solus.*
Caro rubra.

Salueli-nus. 9. S. pedalis, maxilla superiore longiore. *Art. gen.* 13. *syn.* 26.
Habitat in Austria *ad* Lintz.

Salmarinus. 10. S. dorſo fuluo: maculis luteis, cauda bifurcata.
Art. ſyn. 24.
Habitat Tridenti *in fluuiis frigidis ſaxoſis.*

Vmbla. 11. S. lineis lateralibus ſurſum recuruis, cauda bifurca.
Art. gen. 13. *ſyn.* 25.
Habitat in Heluetiae, Italiae *lacubus.*

* * OSMERI pinna dorſali anique oppoſitis.

Eperlanus. 12. S. capite diaphano, radiis pinnae ani 17.
Art. gen. 10. *ſyn.* 21. *ſpec.* 45. D. 11. P. 11. V. 8. A. 7. C. 19.
Fn. ſuec. 311. Oſmerus radiis pinnae ani 17.
Habitat in Europa, *fluuios primo vere adſcendens.*
Noſter foetidus prurit cum Salice rubra et Viola odorata.

Saurus. 13. S. radiis pinnae ani 10.
Art. gen. 10. *ſyn.* 22. Oſmerus radiis pinnae ani 10. B. -- D. 12. P. 13. V. 8. A. 10. C. --
Habitat in Europa.

* * * COREGONI Dentibus vix conſpicuis.

Lauaretus. 14. S. maxilla ſuperiore longiore, radiis pinnae dorſi 14.
Art. gen. 10. *ſyn.* 19. *ſpec.* 37. Coregonus maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi oſſiculorum 14. *Fn. ſuec.* 312. B. 9. D. 14. P. 16. V. 12. A. 17. C. 18.
Act. Stockh. 1753. *p.* 195.
Habitat in Europa.

Albula. 15. S. maxillis edentulis: inferiore longiore.
Art. gen. 9. *ſyn* 13. *ſpec.* 40. Coregonus edentu-

lus,

lus, maxilla inferiore longiore. *Fn. ſuec.* 313. B. 7. D. 14. P. 16. V. 12. A. 15. C. --
Habitat in Europa.
Prurit ante Brumam.

Thymallus. 16. S. maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi radiis 23.
Art. gen. 10. *ſyn.* 20. *ſpec.* 41. Coregonus maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi officulorum 23.
Fn. ſuec. 314. idem. B. 10. D. 23. P. 16. V. 12. A. 14. C. 19.
Gron. muſ. 2. *n.* 165. idem. B. -- D. 21. P. 15. V. 10. A. 15. C. --
Habitat in Europae *fluuiis maritimis.*

Oxyrhynchus. 17. S. maxilla ſuperiore longiore conica.
Art. gen. 10. *ſyn.* 21. Coregonus maxilla ſuperiore longiore conica. B. -- D. 13. P. 17. V. 12. A. 14. C. --
Gron. muſ. 1. *n.* 48. idem. B. -- D. 14. P. 13. V. 10. A. 15. C. --
Habitat in Oceano Atlantico.

Vimba. 18. S. pinna adipoſa ſubſerrata.
It. Wgot. p. 231. Wimba. B. -- D. 12. P. 16. V. 10. A. 14. C. --
Habitat in Waenero Sueciae.

* * * * CHARACINI Membr. branch. radiis tantum IV.

gibboſus. 19. S. dorſo gibboſo compreſſo, pinna ani radiis 50.
Gron. muſ. 1. *n.* 53. *t.* 1. *f.* 4. Charax dorſo admodum prominulo, pinna ani radiis 55. D. 10. P. 11. V. 8. A. 55. C. 19.
Habitat Surinami.

bimaculatus. 20. S. corpore compreſſo bimaculato, pinna ani radiis 30.

Gron.

Gron. muſ. 1. *n.* 54. *t.* 1. *f.* 5. Charax dorſo leuiter conuexo, pinna ani radiis 31. D. 10. P. 13. V. 8. A. 31. C. 19.

Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 78. *t.* 32. *f.* 2. Albula pinna ani radiis 32. B. 4. D. 10. P. 13. V. 8. A. 32. C. 19.

Art. ſpec. 14. Coregonoides amboinenſis. D. 12. P. 13. V. 10. A. 34. C. -

Habitat in America *meridionali.*

immaculatus. 21. S. corpore immaculato, pinna ani radiis 12.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 78. Albula pinna ani radiis 12. D. 11. P. 14. V. 11. A. 12. C. 20.
Habitat in America.

niloticus. 22. S. pinnis omnibus flauescentibus, corpore toto albo. D. 9. P. 13. V. 9. A. 26. C. 19.
Habitat in Nilo.

puluerulentus. 23. S. pinnis ſubpuluerulentis, linea laterali deſcendente. D. 11. P. 16. V. 8. A. 26. C. 18.
Habitat in America.

anoſtomus. 24. S. ore ſurſum ſpectante.
Gron. muſ. 2. *n.* 165. *t.* 7. *f.* 2. Anoſtomus. B. 4. D. 11. P. 13. V. 7. A. 10. C. 25.
Habitat in Indiis.

153. FISTVLARIA. *Caput:* *Roſtrum* cylindricum apice maxilloſum.
Membr. branch. radiis VII.
Corpus . . .

tabacaria. 1. FISTVLARIA. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 80. *t.* 26. *f.* 1. D. 14. P. 14. V. 6. A. 4. C. 13.
Gron. muſ. 1. *n.* 31. Solenoſtomus cauda bifurca in ſetam balaenaceam abeunte. D. 8. P. 15. V. 6. A. 12. C. 12.

Catesb. car. 3. *t.* 17. *f.* 2. Petimbuaba. *Marcgr. braf.* 148.
Will. icht. app. 22. Petem-
Habitat in America.
Filum e diuisura pinnae caudae.

154. ESOX. *Caput* supra planiusculum: Mandibula superiore plana breuiore: inferiore punctata. *Dentes* in maxillis, lingua.
Membr. branch. radiis VIII-XIII.
Corpus elongatum.

Sphyraena. 1. E. dorso dipterygio: antica spinosa. D. 5. 10. P. 12. V. 6. A. 10. C. 17.
Art. gen. 84. *syn.* 112. Sphyraena. D. 5, 10. P. 13. V. 6. A. 10. C. --
Habitat in Mari Mediterraneo.

osseus. 2. E. pinna ani duplici, squamis osseis. D. 6. P. 11. V. 6. A. 5. C. 12.
Art. gen. 14. *syn.* 27. Esox maxilla superiore longiore, cauda quadrata.
Gron. mus. 1. *n.* 29. idem.
Catesb. car. 2. *t.* 30. Acus maxima squamosa viridis.
Habitat in America septentrionali, Asia.

Vulpes. 3. E. pinna in medio dorsi, membrana branchiostega triradiata. D. 14. P. 14. V. 8. A. 10. C. 17.
Catesb. car. 2. *t.* 1. *f.* 2. Vulpes bahamensis.
Habitat in America.

Synodus. 4. E. pinna in medio dorsi, membrana branchiostega 5-radiata.
Gron. mus. 2. *n.* 151. *t.* 7. *f.* 1. Synodus. B. 5. D. 11. P. 12. V. 8. A. 6. C. 8.

Habi-

Habitat in America.
Similitudo summa cum E. Vulpe.

Lucius. 5. E. rostro depresso subaequali.
Art. gen. 10. *syn.* 26. *spec.* 53. *Fn. suec.* 304. Esox rostro plagioplateo. D. 21. P. 15. V. 11. A. 18. C. 19.
Gron. mus. 1. *n.* 28. idem. D. 18. P. 11. V. 9. A. 15. C. —
Habitat in Europa.
Voracissimus exhaurit piscinas; ab Anatibus seritur.

Hepsetus. 6. E. linea laterali argentea.
Amoen. acad. 1. *p.* 321. Argentina pinna dorsali pinnae ani oppositа. D. 14. P. 12. V. 6. A. 15. C. 14
Marcgr. bras. 159. Piquitinga.
Brown. iam. 441. *t.* 45. *f.* 3. Menidia corpore subpellucido, linea laterali latiori argentea.
Habitat in America.
Diuersus ab Hepseto Atherinae pinna dorsi vnica, et maxilla superiore etc.

Bellone. 7. D. rostro vtraque maxilla subulato.
Art. gen. 10. *syn.* 27. Esox rostro cuspidato gracili subtereti spithamali.
Fn. suec. 305. idem. D. 16. P. 13. V. 7. A. 20. C. —
Gron. mus. 1. *n.* 30. idem. B. 14. D. 16. P. 13. V. 7. A. 21. C. 23
Habitat in Oceano Europaeo.
Ossa noctu lucent viridia.

brasiliensis. 8. E. maxilla inferiore longissima, corpore serpentino. D. 12. P. 10. V. 6. A. 17. C. 16.
Marcgr. braf 168. Timucu.
Brown. iam. 443. *t.* 45. *f.* 2. Esox maxilla inferiore producta.
Habitat in America *australi.*

9. E.

gymnocephalus. 9. E. maxillis aequalibus, operculis obtusissimis, capite denudato. D. 13. P. 10. V. 7. A. 26. C. 19.
Habitat in India.
Magnitudine Ammodytis qui nobis visus.

155. ARGENTINA. *Corpus: Dentes* in maxillis, lingua.
Membr. branch. radiis VIII.
Corpus ano caudae vicino. *Pinnae ventrales* multiradiatae.

Sphyraena. 1. ARGENTINA. *Art. gen.* 8.
Syn. 17. D. 10. P. 14. V. 11. A. 9. C. --
Gron. mus. 1. *n.* 29. Argentina. D. 10. P. -- V. -- A. 10. C. --
Habitat in Mari infero.
Vesicula aërea utrinque conica velut argento foliato resplendens, unde margaritae artificiales. Rai. pisc. 108.

156. ATHERINA. *Caput* maxilla superiore planiuscula. Mandibulae edentulae.
Membr. branch. radiis VI.
Corpus fascia laterali argentea.

Hepsetus. 1. ATHERINA. D. 8, 12. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. 16. C. 17.
Arted. syn. 117. Atherina.
Gron. mus. 1. *n.* 66. Atherina. D. 6, 12. P. 13. V. 6. A. 10. C. --
Hasselqu. iter. 382. Atherina Hepsetus. D. 8. 9. P. 12. V. 6. A. $\frac{1}{13}$. C. 20.
Habitat in Mari Mediterraneo.

157. MY-

157. MVGIL. *Caput:* *Labia* membranacea: inferius introrsum carinatum. *Dentes* nulli. Denticulus inflexus supra sinus oris.
Membr. branch. radiis VII curuis; *Opercula* lacuia rotundata.
Corpus albicans.

Cephalus
1. MVGIL. D. 4, $\frac{1}{9}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 12.
Art. gen. 32. *syn.* 52. *spec.* 71. Mugil. D. 5, $\frac{1}{11}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. --
Hasselqu. iter. 385. Mugil Cephalus. D. 5, 11. P. 13. V. 6. A. 10. C. --
Habitat in Oceano Europaeo, *fluuios subiens.*
Botargo italorum ex huius ouis.

158. EXOCOETVS. *Caput* squamosum. *Os* edentulum: maxillis vtroque latere connexis.
Membr. branch. radiis X.
Corpus albicans. *Abdomen* angulatum. *Pinnae* pectorales maximae, volatiles radiis antice carinatis.

volitans.
1. EXOCOETVS. *Amoen. acad.* I. *p.* 321. D. 14. P. 15. V. 6. A. 13. C. 15.
Art. gen. 8. *syn.* 18. *spec.* 35. Exocoetus. D. 13. P. 17. V. 6. A. 11. C. 15.
Gron. musc. I. *n.* 27. Exocoetus. D. 13. P. 17. V. 7. A. -- C. --
Habitat in alto Pelago, *Europaeo et Americano, a Coryphaenis exagitatus ad sclopeti iactum ex aquis euolans gregarius, praeda fit Aquilae Phaëtontis; an Selaw Israelitarum, iubente Auctore coryphaenas pellere hos ad littus, vti statuit Rudbeck. fil.?*

159. PO-

159. POLYNEMVS. *Caput* compreſſum, vndique ſquamoſum: roſtro obtuſiſſimo, prominente.
Membr. branch. radiis VII. f. V.
Corpus Digitis liberis ad pinnas pectorales.

quinquarius. 1. P. digitis quinque corpore longioribus.
Gron. muſ. 1. *n.* 74. Polynemus officulis filiformibus vtrinque 5 ad pinnas pectorales. B. 5. D. 7,16. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{20}$. C. 17.
Habitat in America.

virginicus. 2. P. digitis ſeptem, cauda integra. B. 7. D. 7, $\frac{1}{13}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{16}$. C. 15.
Habitat in America.
Opercula ſerrata. Radius primus P. dorſalis prioris breuiſſimus. Pinna caudae lata, acuta.

paradiſeus. 3. P. digitis ſeptem, cauda biſida.
Edw. au. 208. *t.* 208. Paradiſea piſcis.
Habitat in India.
Genus *a Trigla diſtinctum pinnis ventralibus, non in pectore, ſed abdomine ſitis; nec digiti articulati, vt in Triglis.*

160. CLVPEA. *Caput* maxillarum ſuperiorum myſtacibus ſerratis.
Membr. branch. radiis VIII: Branchiae interne ſeraceae.
Corpus: Abdominis carina ſerrata. *Pinnae ventrales* ſaepe nouem radiatae.

Harengus. 1. C. immaculata, maxilla inferiore longiore. D. 18. P. 18. V. 9. A. 17. C. 18.

Art. gen. 7. *ſyn.* 14. *ſpec.* 37.
Clupea maxilla inferiore longiore, maculis nigris carens. D. 18. P. 18. V. 9. A. 17. C. 18.
Fn. ſuec 315. idem.
Gron. muſ 1. *n.* 21. idem. D. 19. P. 15. V. 8. A. 16. C. --
Habitat in M. Europaeis.
Europaeis borealibus copioſiſſimus piſcis.

Sprattus. 2. C. pinna dorſali radiis XIII. D. 17. P. 16. V. 6. A. 19. C. --
Art. gen. 7. *ſyn.* 17. *ſpec.* 33. Clupea quadruncialis, maxilla inferiore longiore, ventre acutiſſimo.
Fn. ſuec. 316. D. 17. P. 17. V. 7. A. 19. C. --
Habitat in Oceano Europaeo.

Aloſa. 3. C. lateribus nigro maculatis, roſtro bifido. D. 19. P. 15. V. 9. A. 21. C. 19.
Art. gen. 7. *ſyn.* 15. *ſpec.* 34. Clupea apice maxillae ſuperioris bifido, maculis nigris vtrinque. D. 19. P. 15. V. 9. A. 22. C. 19.
Gron. muſ. 1. *n.* 23. idem. D. 18. P. -- V. 8. A. 20. C. --
Haſſelqu. itin. 388. idem. D. 19. P. 15. V. -- A. 18. C. 26.
Habitat in Oceano Europaeo.

Encraſicolus. 4. C. maxilla ſuperiore longiore.
Art. gen. 7. *ſyn.* 17. Clupea maxilla ſuperiore longiore.
Habitat in Oceano Europaeo.
E culina expulit Garum veterum.

Thriſſa. 5. C. pinna ani radiis 28, dorſalis radio poſtremo ſeraceo longo.
Brown. iam. 443. Clupea minor, radio vltimo pinnae dorſalis longiſſimo.
Chin. Lagerſtr. 30. Myſtus corpore ouato. B. 5. D. 14. P. 13. V. 8. A. 28. C. 21.

Osbeck.

Osbeck. itin. 257. Clupea Thrissa. B. 7. D. 16. P. 14. V. 7. A. 24. C. 24.
Habitat in Mari Indico.
Pinnae ventrales sunt paruae.

Sima. 6. C. pinnis flauis: ventralibus minutissimis. B. 6. D. 17. P. $\frac{1}{17}$. V. $\frac{1}{6}$. A. 53. C. 18.
Habitat in Asia. *Mus. acad. Holmens.*
Os *simum: maxilla superiore brevissima, apice truncatâ.* Corpus *argenteum.* Abdomen *carinato-serratum.* Lacuna *inter oculos.* Pinnae *flauae: ventrales adeo paruae, vt vix conspicuae.*

Sternicla. 7. C. pinnis ventralibus nullis. B. 2. D. 11. P. 9. V. 0. A. 34. C. 18.
Gron. mus. 2. *n.* 155. *t.* 7. *f.* 5. Gasteropelecus. D. 12. P. 9. V. 0. A. 33. C. 22.
Habitat Surinami.
Corpus *latissimum, abdomine gibbosо carinatum.*

Mystus. 8. C. corpore ensiformi, pinna ani caudae coadunata. D. 12. P. 18. V. 6. A. 84. C. 11.
Osbeck. itin. 256. Clupea Mystus. B. 10. D. 13. P. 17. V. 7. A. 86. C. 13.
Chin. Lagerstr. 31. *t.* 1. *f.* 12. Mystus corpore ensiformi. D. 12. P. 17. V. 6. A. 84. C. 11.
Habitat in Mari Indico.
Pinna ani *excurrit in pinnam caudae integram; forte genere sub diuersо comprehendi posset?*

tropica. 9. C. cauda cuneiformi. *Osbeck. itin.* 300. B. 7. D. 26. P. 6. V. 6. A. 26. C. 20.
Habitat ad insulam Adscensionis.
Corpus *album compressum, latum, serratum.* Linea lateralis *recta, dorsо propior.* Oculi *prope rictum.* Opercula *squamosa.* Caput *declive. Maxilla inferior longior. Rictus magnus.* Dentes *omnis ordinis.* Cauda *cuneiformis.* P. dorsi *a medio dorsi ad caudam.* P. Ani *longitudine dorsalis.*

sinensis. 10. C. radio extimo membranae branchiostegae posticae truncato. D. 16. P. 16. V. 8. A. 16. C. ..
Habitat in China.

Similis Clup. Harengo, sed latior. Os *edentulum.* Opercula *infima membr. branchiost. tegentia valde truncata s. potius radium extimum membr. branchiostegae constituentia.*

161. CYPRINVS. *Caput* ore edentulo; *Os* nasale bifulcum.
Membr. branch. radiis III.
Corpus laeue, albens. *Pinnae ventrales* saepe nouemradiatae.

* *Barbati s. ad os cirrosi.*

Barbus. 1. C. pinna ani radiis 7, cirris 4, pinnae dorsi radio secundo vtrinque ferrato. D. $\frac{2}{11}$. P. 16. V. 9. A. 7. C. 16.
Art. gen. 4. *syn.* 8. Cyprinus maxilla superiore longiore, cirris 4, pinna ani osiculorum 7.
Gron. mus. 1. *n.* 20. idem. D. $\frac{3}{12}$. P. 16. V. 9. A. 7. C. 16.
mus. 2. *p.* 3. idem. D. 10. P. 17. V. 9. A. 8. C. 17.
Habitat in Europa australi.
Ova choleram caussantur. Tim. cas. 104.

Carpio. 2. C. pinna ani radiis 9, cirris 4, pinnae dorsalis radio secundo postice ferrato. D. $\frac{2}{24}$. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19.
Art. gen. 4. *syn.* 3. *spec.* 25. Cyprinus cirris 4. ossiculo tertio pinnarum dorsi anique vncinulis armato. D. 24. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19.
Fn. suec. 317. idem.
Gron. mus. 1. *n.* 19. idem. D. 23. P. 17. V. 8. A. 8. C. —
Habitat in Europa.
Nobilis piscis saepius in piscinis educatus, circa a. 1600 *primum in Angliam introductus.*

Gobio. 3. C. pinna ani radiis 11, cirris 2. D. 10. P. 16. V. 9. A. 11. C. 19.

Art.

Art. gen. 4. *syn.* 11. *spec.* 13. Cyprinus quincuncialis maculosus, maxilla superiore longiore, cirris duobus ad os. D. 12. P. 17. V. 11. A. 11. C. 19.
Gron. mus. 2. *n.* 149. idem? D. 8. P. 14. V. 6. A. 7. C. --
Habitat in Anglia *et adiacentibus.*

americanus. 4. C. pinna ani radiis .., cirris plurimis.
Catesb. car. 2. *p.* 12. *t.* 12. Alburnus americanus.
Habitat in America.

* * *Pinna caudae indivisa.*

Carassius. 5. C. pinna ani radiis 10, caudae integra, linea laterali recta. D. 20. P. 15. V. 8. A. 9. C. 21.
Art. gen. 4. *syn.* 5. *spec.* 29. Cyprinus pinna dorsi osseiculis 20, linea laterali recta. D. 20. P. 15. V. 9. A. 10. C. --
Fn. suec. 322. idem.
Gron. mus. 1. *n.* 11. idem. D. 20. P. 11. V. 9. A. 10. C. 23.
Act. Upsl. 1741. *p.* 75. *n.* 55. Cyprinus Hamburger. D. 20. P. 14. V. 9. A. 9. C. 22.
Habitat in Europae *stagnis.*
Facillime in piscinis educatur.

Tinca. 6. C. pinna anni radiis 25, caudae integra, corpore mucoso. D. 10. P. 16. V. 9. A. 25. C. 24.
Art. gen. 4. *syn.* 5. *spec.* 27. Cyprinus mucosus totus nigrescens, extremitate caudae aequali. D. 12. P. 17. V. 11. A. 11. C. 19.
Fn. suec. 321. Cyprinus pinna ani officulorum 11, cauda aequali.
Habitat in Europae *stagnis, Lacubus.*
Carassios repurgat; Iderі magnes.

Cephalus, 7. C. pinna ani radiis 11, caudae integra, corpore subcylindrico.
Muſ. Ad. Fr. p. 77. t. 30. Cyprinus pinna ani radiis 11, cauda rotundata. D. 11. P. 16. V. 9. A. 11. C. 17.
Art. gen. 5. ſyn. 7. Cyprinus oblongus macrolepidotus, pinna ani officulis 11. D. -- P. -- V. -- A. 11. C. --
Gron. muſ. 1. n. 12. idem. D. 11. P. -- V. 9. A. 11. C. --
muſ. 2. p. 3. idem.
Habitat in Europa meridionali.

* * * *Pinna caudae trifida.*

auratus, 8. C. pinna ani gemina, caudae transuerſa trifurca.
Fn. ſuec. p. 125. t. 2.
Act. Stockh. 1740 p. 403. t. 1. f. 1 - 8. idem. D. $\frac{2}{18}$. P. 16. V. 9. A. 8, 8. C. 37.
Gron. muſ. 1. n. 15. idem. D. 8. P. 11. V. 7. A. -- C. 20.
muſ. 2. n. 150. C. pinna ani ſimplici, cauda trifurca. D. 18. P. 11. V. 8. A. 8. C. 44.
Edw. av. t. 209.
Pet. gaz. t. 78. f. 7.
Habitat in Chinae, Iaponiae *fluuiis.*
Piſcis colitur in vaſis murrhinis ob aurcum fulgorem, tum multum pinuis varians. Radius ſecundus *ani poſtice ferratus.*

* * * * *Pinna caudae bifida.*

niloticus. 9. C. pinna ani radiis 7, dorſali 18. D. 18. P. 17. V. 9. A. 7. C. 19.
Haſſelqu. iter. 393. n. 94. Cyprinus rufeſcens. D. 18. P. $\frac{1}{17}$. V. 9. A. 7. C. 24.
Habitat in Nilo.

Phoxinus. 10. C. pinna ani radiis 8, macula fuſca ad caudam, corpore pellucido. D. 8. P. 16. V. 8. A. 8. C. 19.

Art.

Art. fyn. 12. Cyprinus tridactylus varius oblongus teretiuſculus, pinna ani officulorum 8.
Habitat in Europa.

Aphya. 11. C. pinna ani radiis 9, iridibus rubris, corpore pellucido. *Fn. ſuec.* 331. D. 10. P. 12. V. 7. A. 9. C. 19.
It. Wgot. 232. Cyprinus minimus. D. 11. P. 8. V. 8. A. 9. C. 19.
Art. gen. 4. *fyn.* 13. *ſpec.* 30. Cyprinus biuncialis, iridibus rubris, pinna ani officulorum 9. D. -- P. -- V. -- A. 9. C. --
Habitat in Europae *riuulis.*

Leuciſcus. 12. C. pinna ani radiis 10, dorſali 9. D. 9. P. -- V. -- A. 10. C. 19.
Art. fyn. 9. Cyprinus nouem digitorum, rutilo longior et anguſtior, pinna ani radiorum decem.
Habitat in Europa *media.*

Dobula. 13. C. pinna ani dorſalique radiis 10. D. 10. P. 15 V. 9. A. 10. C. 19.
Art. fyn. 10. Cyprinus pedalis gracilis oblongus craſſiuſculus, dorſo craſſo, pinna ani officulorum 9.
Habitat in Europa *media.*

Grislagine. 14. C. pinna ani radiis 11, pinnis albentibus *Fn. ſuec.* 325.
Art. gen. 5. Cyprinus oblongus, iride argentea, pinnis albentibus.
Gron. muſ. 2. *n.* 148. Cyprinus idem. D. 11. P. 11. V. 9. A. 11. C. --
Art. fyn. 5. *ſpec.* 12. Cyprinus oblongus, figura rutili, pinna ani officulorum 10. D. 10. P. 16. V. 9. A. 11. C. 19.
Habitat in Europae *lacubus.*

Idbarus. 15. C. pinna ani radiis 12, pinnis ventralibus sanguineis. D. 10. P. -- V. -- A. 12. C. 19.
Habitat in Sueciae *lacubus.*

Rutilus. 16. C. pinna ani radiis 12 rubicunda. *Fn. suec.* 329.
Art. gen. 3. *syn.* 10. *spec.* 10. Cyprinus iride pinnis ventris ac ani plerumque rubentibus. D. 13. P. 15. V. 9. A. 12. C. 17.
Gron. mus. 1. *n.* 8. idem. D. 12. P. -- V. 9. A. 13. C. --
Act. Upf. 1741. *p.* 74. *n.* 51. idem. D. 10. P. 11. V. 10. A. 15. C. --
Act. Upf. 1741. *n.* 52. Rex van Ruy. D. 10. P. 12. V. 9. A. 15. C. 22.
Habitat in Europae *lacubus.*

Idus. 17. C. pinna ani radiis 13 rubra. *Fn. suec.* 320. D. 10. P. 18. V. 10. A. 13. C. 19.
Art. gen. 5. *syn.* 14. *spec.* 6. Cyprinus iride subluted, pinnis ventralibus aniique rubris. D. 11. P. -- V. 10. A. 13. C. 19.
Gron. mus. 1. *p.* 3. *n.* 13. idem. D. 10. P. 20. V. 9. A. 13. C. 24.
Habitat in Europae *aquis dulcibus.*

Orfus. 18. C. pinna ani radiis 13.
Art. syn. 6. Cyprinus Orfus dictus.
Rai. pisc. 118. Rutilus latior f. Rubellio fluuiatilis. D. 10. P. 19. V. 9. A. 13. C. --
Meyer. thier. 2. *t.* 94. Orf.
Habitat in Rheno, Angliae *fluuiis*, *lacubus.*

Erythrophthalmus. 19. C. pinna ani radiis 14, pinnis rubris. *Fn. suec.* 324.
Art. gen 3. *syn.* 4. *spec.* 9. Cyprinus iride pinnis omnibus caudaque rubris. D. 11. P. 16. V. 10. A. 14. C. 19.
Habitat in Europa *septentrionali.*

20. C.

Ieſes. 20. C. pinna ani radiis 14, roſtro rotundato. D. -- P. -- V. -- A. -- C.--
Art. ſyn. 7. Cyprinus cubitalis, pinna ani officulorum 14.
Habitat in Germania.

Naſus. 21. C. pinna ani radiis 14, roſtro prominente. *Art. gen.* 5. *ſyn.* 6.
Gron. muſ. 2. 147. idem. D. 11. P. 7. V. 9. A. 12. C. 25.
Habitat in Rheno *fluuio.*

Aſpius. 22. C. pinna ani radiis 16, maxilla inferiore longiore incurua. *Fn. ſuec.* 319.
Art. gen. 6. *ſyn.* 14. *ſpec.* 14. Cyprinus maxilla inferiore longiore cum apice eleuato, pinna ani officulorum 15. D. 11. P. 18. V. 10. A. 16. C. 19.
Habitat in Sueciae *lacubus.*

Alburnus. 23. C. pinna ani radiis 20. *Fn. ſuec.* 330.
Art. gen. 6. *ſyn.* 10. *ſpec.* 17. Cyprinus quincuncialis, pinna ani officulorum 20. D. 10. P. 14. V. 9. A. 21. C. --
Gron. muſ. 1. *n.* 10. idem. D. 9. P. -- V. 9. A. 22. C. --
Act. Vpſ. 1741. *p.* 75. *n.* 58. Koning van afterling. D. 8. P. 14. V. 8. A. 18. C. 20.
Habitat in Europae *aquis dulcibus.*

Vimba. 24. C. pinna ani radiis 24, roſtro naſiformi. *Fn. ſu.* 326.
Art. gen. 6. *ſyn.* 14. *ſpec.* 18. Cyprinus roſtro naſiformi, dorſo acuminato, pinna ani officulorum 24. D. 11. P. 16. V. 10. A. 24. C. 19.
Habitat in Sueciae *lacubus.*

Dentex. 25. C. pinna ani radiis 26, ore dentibus vndique molatibus. D. 10. P. 14. V. 9. A. 26. C. 19.

Haſſelqu. itin. 395. Salmo dentex. D. 10. P. 15. V. 10. A. 24. C. 25.
Habitat in Nilo.
Ob dentes ſingulares. Sparis ſimilis, ſed facies et membr. branchioſtega omnino Cyprini; pinnam adipoſam non vidi.

Brama. 26. C. pinna ani radiis 27. pinnis fuſcis. *Fn. ſuec.* 318.
Art. gen. 6. *ſyn.* 4. *ſpec.* 22. Cyprinus pinnis omnibus nigreſcentibus, pinna ani oſſiculorum 27. D. 12. P. 17. V. 9. A. 27. C. 19.
Gron. muſ. 1. *n.* 14. idem. D. 11. P. --V. 10. A. 27. C. --
Habitat in Europae *lacubus.*

cultratus. 27. C. pinna ani radiis 30, linea laterali declinata, ventre acutiſſimo. *It. ſcan.* 82. *t.* 2. D. 8. P. 16. V. 8. A. 30. C. 19.
Habitat in M. Baltico.

Bioerkna. 28. C. pinna ani radiis 35. *Fn. ſuec.* 328. D. 11. P. 15. V. 9. A. 35. C. 19.
Art. gen. 3. *ſyn.* 13. *ſpec.* 20. Cyprinus quincuncialis, pinna ani oſſiculorum 25. D. 11. P. 15. V. 9. A. 25. C. 19.
Habitat in Sueciae *lacubus.*

Farenus. 29. C. pinna ani radiis 37, iride flaua. *Art. ſpec.* 23. *Fn. ſu.* 327. D. 11. P. 18. V. 10. A. 37. C. 19.
Habitat in Sueciae *Lacu Maelero.*

Ballerus. 30. C. pinna ani radiis 40. *Fn. ſuec.* 323.
Art. gen. 3. *ſyn.* 12. *ſpec.* 23. Cyprinus admodum latus et tenuis, pinna ani oſſiculorum 40. D. 11. P. 16. V. 10. A. 40. C. 19.
Habitat in Europae *lacubus.*

V. BRANCHIOSTEGI.

162. MORMYRVS. *Caput:* *Dentes* plures, emarginati.
Apertura linearis, pone capitis latera.
Corpus ſquamis imbricatis.
Pinnae ventrales ſunt abdominales.

cyprinoides. 1. M. cauda bifida acuta.
Muſ. Ad. Fr. 2. *p.* . . D. 27. P. 9. V. 6. A. 32. C. 19.
Habitat in Nilo.

anguilloides. 2. M. cauda bifida obtuſa.
Muſ. Ad. Fr. 2. *p.* . . D. 26. P. 10. V. 6. A. 41. C. 19.
Haſſelqu. iter. 398. Mormyrus Caſchive. D. 20. P. 10. V. 6. A. 19. C. 24.
Habitat in Nilo.

163. BALISTES. *Caput* compreſſum. *Dentes* inciſores vtrinque 8 paralleli.
Apertura ſupra pinnas pectorales.
Corpus compreſſum ſquamis corio coadunatis. *Abdomen* carinatum.

Monoceros. 1. B. pinna capitis vniradiata.
Muſ. Ad. Fr. 2. *p.* . . D. 1, 46. P. 14. V. 0. A. 50. C. 12.
Oſb. iter. 110. Baliſtes Monoceros. D. 1, 47. P. 13. V. 0. A. 51. C. 12.
Cateſb. car. 2. *t.* 19. Vnicornu piſcis bahamenſis.

Habi-

Apertura *Branchiarum in hoc ordine eſt rima, absque membrana evidenti.*

Habitat in Aſia, America.
Carina abdominis intra cutem.

tomentoſus. 2. B. pinna capitis biradiata, corpore poſterius ſubuilloſo.
Gron. muſ. 1. *n.* 114. Baliſtes aculeis dorſi 2, lateribus verſus caudam hirſutis. D.$\frac{1}{2}$,29. P.10. V.0. A.27. C.
Cluſ. exot. 143. *Rai. piſc.* 47. Monoceros piſcis.
Marcgr. braſ. 154. Pira-aca.
Habitat in America.

papilloſus. 3. B. pinna dorſali anteriore biradiata, corpore papilloſo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . D.$\frac{1}{2}$,29. P.13. V.0. A.21. C.12.
Habitat . .

verrucoſus. 4. B. pinna dorſali anteriore triradiata, cauda ordine triplici verrucarum. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 57. *t.* 27. *f.* 4. D.3,24. P.13. V.0. A.21. C.12.
Habitat in India.

aculeatus. 5. B. pinna dorſali anteriore triradiata, caudae lateribus ſpinis recumbentibus.
It. Wgoth. 138. Oſtracion compreſſus, faſciis nigris, cauda lateribus muricata. D. 3,24. P.13. V.0. A.21. C.12.
Habitat in India.
Simillimus priori ſtatura et radiis; differt colore, ſed imprimis nota illa ſingulari, quod ad latera caudae utrinque notetur quadruplici circiter ordine ſpinarum recumbentium; cum praecedens eodem loco verrucas rotundas ſcabras gerat.

6. B.

Vetula. 6. B. pinna dorſali anteriore triradiata, ventrali longitudinali, caudali bifida. D.3,30. P.16. V.16. A.28. C.12.
Catesb. car. 2. *p.* 22. *t.* 22. Turdus oculo radiato.
Art. gen. 53. *ſyn.* 8. Baliſtes aculeis dorſi tribus, cauda bifurca. D.3,30. P.15. V.17. A.27. C.12.
Osbeck. iter. 294. Baliſtes Vetula. D.3,30. P.14. V.12. A.28. C.12.
Brown. iam. 456. Baliſtes maior faſciata, dorſo triacantho, cauda bifurca: radiis exterioribus longiſſimis.
Habitat ad inſulam Aſcenſionis.

ringens. 7. B. pinna dorſali anteriore triradiata, lateribus capitis triplicatis, cauda bifida.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 58. D.3,29. P.15. V.0. A.26. C.12.
It. Wgoth. 139. Oſtracion compreſſus rufeſcens, pinnae dorſalis radio longo retrorſum dentato. D.3,30. P.10. V.0. A.26. C.10.
Osbeck. iter. 295. Baliſtes nigra. D.2,34. P.16. V.0. A.31. C.13.
Habitat ad inſ. Aſcenſionis.

Scolopax. 8. B. pinna dorſali anteriore quinque-radiata, roſtro longiſſimo maxilla inferiore operculato.
Art. gen. 54. *ſyn.* 82. Baliſtes aculeis binis loco pinnarum ventralium, ſolitario infra anum. D.5, 12. P.14. V.--A.18. C.--
Habitat in Mari Mediterraneo.

164. OSTRACION. *Caput: Dentes* vtrinque 10 porrecti, teretes obtuſiuſculi.
Apertura . .
Corpus oſſe integro obtectum.
Pinnae ventrales nullae.

triqueter. 1. O. trigonus muticus.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 60. Oſtracion polyodon inermis triqueter. D. 10. P. 12. V. 0. A. 10. C. 10.
Art. gen. 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulus, tuberculis exiguis innumeris, aculeis carens. D. 10. P. 12. V. 0. A. 10. C. 10.
Habitat in India.
Dorſum *quaſi rhombis transuerſe diſſectis tectum, margine repandum.*

trigonus. 2. O. trigonus ſpinis ſubcaudalibus 2, pinna dorſali radiis XIV.
Art. gen. 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulus, limbis figurarum hexagonarum eminentibus, aculeis 2 in imo ventre.
It. ſcan. 160. Oſtracion polyodon tetragonus, abdomine pone bicorni. D. 14. P. 10. V. 0. A. 9. C. 7.
Habitat in India.

bicaudalis. 3. O. trigonus, ſpinis ſubcaudalibus 2, pinna dorſali radiis decem.
Art. gen. 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, tuberculis hexagonis radiatis, aculeis 2 in imo ventre. D. 10. P. 12. V. 0. A. 10. C. 10.
β. *Art. gen.* 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus totus maculoſus ac tuber-

culo-

culoſus, aculeis 2 in imo ventre. D. 10. P. 11. V. 0. A. 10. C. 10.
Habitat in India.

tricornis. 4. O. trigonus, ſpinis frontalibus duabus, dorſali vnica.
Art. gen. 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, aculeis 2 in capite et vnico longiore ſuperne ad caudam.
Habitat in India.

quadricornis. 5. O. trigonus, ſpinis frontalibus ſubcaudalibusque binis.
Art. gen. 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, 2 aculeis in fronte et totidem in imo ventre. D. 10. P. 11. V. 0. A. 10. C. 10.
Habitat in India.

cornutus. 6. O. tetragonus, ſpinis frontalibus ſubcaudalibusque binis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 59. Oſtracion polyodon tetragonus, antice poſtice dorſoque ſpinoſus. D. 9. P. 10. V. 0. A. 9. C. 10.
Gron. muſ. 1. *n.* 118. Oſtracion quadrangularis, aculeis 2 in fronte et totidem in imo ventre. D. 11. P. 9. V. 0. A. -- C. 5.
Will. icht. t. J. 13. *f.* 1. Piſcis cornutus. *Bont. iau.* 79.
Habitat in India.

tuberculatus. 7. O. tetragonus muticus, tuberculis dorſalibus 4.
Art. gen. 55. *ſyn.* 84. Oſtracion quadrangulus, tuberculis 4 maioribus in dorſo.
Habitat in India.

8. O.

gibbóſus. 8. O. tetragonus muticus gibboſus.
Art. gen. 55. *ſyn.* 83. Oſtracion quadrangulus gibboſus.
Habitat in India.

cubicus. 9. O. tetragonus muticus, lateribus planiuſculis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 59. Oſtracion polyodon tetragonus inermis. D. 9. P. 10. V. 0. A. 10. C. 10.
It. Wgoth. p. 138. nomen Artedii. D. 10. P. 8. V. 0. A. 9. C. 10.
Art. gen. 56. *ſyn.* 85. Oſtracion quadrangulus maculis variis plurimis. D. 9. P. 10. V. 0. A. 8. C. 10.
Habitat in India.

165. TETRAODON.

Caput: *Maxillae* oſſeae, porrectae, apice bipartitae.
Apertura linearis.
Corpus ſubtus ventricoſum muricatum.
Pinnae ventrales nullae.

teſtudi. neus. 1. T. abdomine plano laeuiore, dorſo futuris curuis albis picto.
Art. gen. 60. *ſyn.* 86. Oſtracion oblongus glaber, corpore figuris variis ornato. D. -- P. 14. V. 0. A. 6. C. 9.
Amoen. acad. 1. *p.* 309. *t.* 14. *f.* 3 idem. D. 6. P. 14. V. 0. A. 6. C. 9.
Habitat in India.
Corpus *ſupra ſcabriuſculum, ſubtus punctis pertuſum, intra quae aculei latent.*

lagocephalus. 2. T. abdomine aculeato, corpore laeui, humeris prominentibus.

Muſ.

Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 59. Oſtracion tetraodon ventricoſus, abdomine muricato. D. 10. P. 18. V. 0. A. 8. C. 10.

Art. gen. 58. *ſyn.* 86. Oſtracion catheroplateo-oblongus, ventre tantum aculeato et ſubrotundo.

Amoen. acad. 1. *p.* 310. *t.* 14. *f.* 4. idem. D. 9. P. 17. V. 0. A. 9. C. 7.

Gron. muſ. 1. *n.* 126. Oſtracion cathetoplateus tetraodon compreſſus maculoſus ſcaber. D. 9. P. 16. V. 0. A. -- C. --

Habitat in India.

lineatus. 3. T. faſciis longitudinalibus fuſcis pallidisque. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . D. 11. P. 18. V. 0. A. 9. C. 11.

Haſſelqu. itin. 400. Tetraodon Fahaca. D. 12. P. 21. V. 0. A. 9. C. 11.

Habitat in Nilo.

Aculei abdominis venenati pungunt, quaſi vrticatione.

ocellatus. 4. T. faſcia humerali ocellata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . D. 14. P. 18. V. 0. A. 12. C. 7.

Osbeck. itin. 226. Diodon ocellatus. D. 15. P. 18. V. 0. A. 11. C. 8.

It. ſcan. 260. Oſtracion maculoſus, abdomine muricato. D. 12. P. 20. V. 0. A. 12. C. --

Art. gen. 58. *ſyn.* 85. Oſtracion maculoſus, aculeis vndique denſis exiguis.

Habitat in Aſiae *et* Aegypti *aquis dulcibus.*

Venenatus piſcis, vti praecedens.

hiſpidus. 5. T. totus hiſpidus papillis ſetaceis.

Chin. Lagerſtr. 23. Oſtracion tetraodon ventricoſus, corpore toto muricato. D. 9. P. 17. V. 0. A. 10. C. 10.

Art. gen. 58. *ſyn.* 83. Oſtracion tetraodon ſphaericus, aculeis vndique exiguis.
Habitat in India.

Mola. 6. T. laeuis compreſſus, cauda truncata: pinna breuiſſima dorſali analique annexa.
Art. gen. 61. *ſyn.* 83. Oſtracion cathetoplateus ſubrotundus inermis aſper, pinnis pectoralibus horizontalibus, foraminibus 4 in capite. D. -- P. 14. V. -- A. -- C. --
Act. bonon. 2. *pp.* 2. *p.* 297. *t.* 17. Mola.
β. Gron. muſ. 1. *n.* 125. Oſtracion cathetoplateus ſubcompreſſus, pinna dorſi et ani cum cauda continuatis.
Habitat in M. Mediterraneo.

166. DIODON. *Caput:* Maxillae oſſeae, porrectae, indiuiſae.
Apertura linearis.
Corpus ſpinis acutis mobilibus vndique adſperſum.
Pinnae ventrales nullae.

Atringa. 1. D. ſphaericus, aculeis triquetris.
Art. gen. 59. *ſyn.* 86. Oſtracion bidens ſphaericus, aculeis vndique denſis triquetris.
Habitat in India.

reticulatus. 2. D. ſubrotundus, aculeis triquetris.

Art.

Art. gen. 59. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus, aculeis vndique breuibus triquetris raris.
Habitat in India.

echinatus. 3. D. ſubrotundus, aculeis baſi triquetris.
Art. gen. 60. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus, aculeis vndique denſis baſi triquetris.
Habitat in India.

ſpinoſus. 4. D. ſubrotundus, aculeis planis, abdomine laeui.
Art. gen. 59. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus, aculeis vndique breuibus planis, ventre glabro.
Habitat in India.

Hyſtrix. 5. D. oblongus, aculeis teretibus.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 58. Oſtracion diodon, corpore ſpinis vndique armato. D. 14. P. 22. V. 0. A. 14. C. 9.
Art. gen. 60. *ſyn.* 86. Oſtracion conico-oblongus, aculeis vndique longis teretiformibus imprimis in lateribus.
Amoen. acad. 1. *p.* 310. idem.
It. ſcan. 285. idem. D. 14. P. 22. V. 0. A. 14. C. 9.
Habitat in India.

holocanthus. 6. D. aculeis capitis collique longioribus.
Art. gen. 60. *ſyn.* 86. Oſtracion oblongus holocanthus, aculeis longiſſimis teretiformibus in capite imprimis et in collo.
Habitat in India.

raninus. 7. D. pinna dorſi longiſſima.
Art. gen. 59. *ſyn.* 86. Oſtracion rotundo-oblongus, tuberculis vtrinque, pinna dorſi longiſſima.
Habitat in India.

167. CENTRISCVS. *Caput* productum in Roſtrum anguſtiſſimum.
Apertura repanda.
Corpus dorſo loricatum oſſe poſtice mucronato recto longitudine corporis. *Abdomen* carinatum.
Pinna ventralis vnica.

ſcutatus. 1. CENTRISCVS †. *Gron. muſ.* 2. *p.* 171. *t.* 7. *f.* 3. D. 3, 9. P. 10. V. 6. A. 11. C. 9. *Valentyn. amb.* 4. *p.* 420. *n.* 243. *f.* 243, 254. Ikan Piſau.
Habitat in India *orientali.*
Singularis piſcis loricatus teſta oſſea longitudinali poſtice in ſpinam terminata, ſub qua cauda; ſed, inter ſpinam et caudam, pinnae dorſi ſunt.

168. SYNGNATVS. *Caput: Roſtrum* ſubcylindricum, ore operculato maxilla inferiore.
Apertura branchiarum operculis clauſis; nucha foramine ſpirans.
Corpus articulatum.
Pinnae ventrales nullae.

Typhle. 1. S. pinnis caudae ani pectoralibusque radiatis, corpore ſexangulato.

Art.

Art. gen. 1. *ſyn.* 1. *ſpec.* 3. Syngnathus corpore medio hexagono, cauda pinnata. *Fn. ſuec.* 336. D. 36. P. 14. V. 0. A. 3. C. 10.
Gron. muſ. 1. *n.* 4. idem. D. 7. P. 9. V. 0. A. 0. C. 12.
Habitat in Europa.
Laminae corporis trunci 18, *caudae* 36.

Acus. 2. *S.* pinnis caudae ani pectoralibusque radiatis, corpore ſeptem-angulato.
Art. gen. 1. *ſyn.* 2. *ſpec.* 2. Syngnathus corpore medio heptagono, cauda pinnata. *Fn. ſuec.* 335. D. 38. P. 12. V. 0. A. 5. C. 10.
Gron. muſ. 1. *n.* 3. idem. D. 37. P. -- V. 0. A. 0. C. 10.
Habitat in Europa.
Laminae corporis trunci 20, *caudae* 43.

pelagicus. 3. *S.* pinnis pectoralibus caudaeque radiatis, ani nulla, corpore ſepremangulato.
Osbeck. itin. 305. Syngnathus pelagicus. D. 31. P. 14. V. 0. A. 0. C. 10.
Habitat in Fuco natante.
Laminae corporis heptagoni 18, *Caudae tetragonae* 32.

aequoreus. 4. *S.* pinna caudae radiata, pectoralibus anique nullis, corpore angulato. D. 30. P. 0. V. 0. A. 0. C. 5.
Habitat in Pelago.

Ophidion. 5. *S.* pinnis caudae ani pectoralibusque nullis, corpore tereti.
Art. gen. 1. *ſyn.* 2. *ſpec.* 1. Syngnathus teres, pinnis pectoralibus caudaeque carens. *Fn. ſuec.* 334. D. 34. P. 0. V. 0. A. 0. C. 0.
Gron. muſ. 1. *n.* 2. idem. D. 42. P. 0. V. 0. A. 0. C. 0.
Habitat in Europa.

barbarus. 6. *S.* pinnis caudae anique nullis, corpore ſexangulato. D. 43. P. 22. V. 0. A. 0. C. 0.
Habitat in Pelago.

Hippocampus. 7. S. pinna caudae nulla, corpore feptemangulato tuberculato, cauda quadrangulata. D. 20. P. 18. V. 0. A. 4. C. 0.
Art. gen. 1. *fyn.* 1. Syngnathus corpore quadrangulo, pinna caudae carens. D. 35. P. -- V. 0. A. 0. C. 0.
Olear. muſ. 53. *t.* 26. *f.* 4. Hippocampus.
Bradl. natur. t. 4. *f.* 3. Equus marinus.
Habitat in Pelago.
Laminae corporis trunci 17, *caudae* 45.

169. PEGASVS. *Caput: Os* proboſcide retractili; maxilla ſuperiore denticulata, ſub Roſtro enſiformi, lineari, vtrinque ſerrato.
Apertura branchiarum ante pinnas pectorales.
Corpus articulatum oſſeis inciſuris, cataphractum.
Pinnae ventrales abdominales.

volitans. 1. PEGASVS. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . . . D. 5. P. 10. V. 2. A. 5. C. 7.
Gron. muſ. 1. *n.* 146. Piſciculus amboinenſis volans oſſeo tuberculoſus, proboſcide ſerrata. D. 4. P. 10. V. 1. A. 5. C. --
Ruyſch. theſ. t. 7. *f.* 2. *D.*
Habitat in Amboina.

Quis, niſi vidiſſet, piſces habitare ſub vnda, crederet?

CLAS.

CLASSIS V.

INSECTA.

ANIMALCVLA polypoda, poris lateralibus respirantia, *Cute* ossea caraphracta; *Antennis* mobilibus sensoriis capitis instruuntur.

CORPVS horum diuiditur in *Caput*, *Truncum*, *Abdomen*, *Artus*.

CAPVT plerisque distinctum, *instruitur* Oculis, Antennis, saepiusque Ore; *destituitur* Cerebro, Naribus, Auribus.

Oculi plerisque bini, absque palpebris, simplices aut compositi, quibus vident colores.

Antennae articulatae, sensu nobis ignoto, sunt *setaceae*, *filiformes*, *moniliformes*, *clauatae*, *capitatae*, *fissiles*, *pectinatae*, *barbatae*.

Palpi articulati, ori affixi, plerisque sex.

Os plerisque sub capite, quibusdam in pectore; *Rostro*, *Maxillis* transuersis, *Dentibus*, *Lingua*, *Palato*.

TRVNCVS, inter Caput et Abdomen, pedatus, supra *Thorace*, subtus *Pectore*, postice *Scutello* constans.

ABDOMEN Ventriculo, Intestinis, Visceribusque foetum, annulatum, *Spiraculis* lateralibus pertusum.

ARTVS sunt *Cauda*, *Pedes*, plurimisque *Alae*.

Cauda abdomen terminans, est vel solitaria s. *bicornis*; simplex s. armata *Forcipe*, *Furca*, *Seta*, *Chela* s. *Aculeo* simplici s. composito, laeui s. serrato.

Pedes Femoribus, *Tibiis*, *Tarso*, Digito, *Vnguibus*; Manus (*Chela*) nonnullis, simplex Pollice mobili; Posteriores pro vsu *cursorii*, *saltatorii*, *natatorii*.

Alae duae s. quatuor, sunt vel *planae*, *plicatiles*, *erectae*, *patentes*, *incumbentes*, *deflexae* s. *reuersae*.

Elytra (alae superiores) crustacea bina, mobilia, *laevia* s. *scabra*, *striata* s. *sulcata* s. *punctata*, tegentia alas inferiores. *Hemelytra* media quasi alas inter et elytra.
Halteres sub alis dipterorum ex petiolo capitati.

SEXVS *Mas* et *Femina* generant Perfecta.
Neutra nonnullis societate foederatis.

METAMORPHOSIS plurimis triplex, mutanda structura exutis ovi tunicis vna post alteram.
Ovum sub minima mole vesicaria excluditur.
Larua (Eruca) succosa, mollior, maior, aptera, sterilis, tardior, apoda saepe, saepeque polypoda, vorax alimento proprio.
Pupa (Nympha) siccior, coarctata, durior, *nuda* s. *folliculata*, saepe absque ore.
Haec vel Pedata 1. 2. 3. vel Apoda 4. 5.
1. *Completa* omnibus partibus agilis. (Aranea, Acarus, Oniscus.)
2. *Semicompleta* solis alarum rudimentis. (Gryllus, Cicada, Cimex, Libellula, Ephemera.)
3. *Incompleta* alis pedibusque immobilis. (Apis, Formica, Tipula.)
4. *Obtecta* thorace abdomineque distincto corticata. (Lepidoptera) eaque vel nuda, vel folliculata.
5. *Coarctata* intra globum. (Musca, Oestrus.)
Perfectum generans, agile, antennis instructum.
Triplex itaque structura et cognitio eiusdem animalis.

HAEC *Muta*, nisi alio proprio instrumento sonora; *Surda*, stridorem aetheris licet percipiant; *Plura* vbique plantarum speciebus, sed ob patentiorem sibi regionem in orbe pauciora: *Tropica*, *Arctica* s. hodie ignota *Antarctica*; singula demum *Minima*, exceptis aquaticis, sed vniuersa maximae molis animantia, effectuque partier maxima, sed magis occulto magisque dispersо, ideoque minus coërcendo; totidem etenim sunt Naturae annui ministri, propriis negotiis peragendis praefixi, quot muniis sufficiant, proportionem inter plantas seruando, superflua, mortua, putrida consumendo, aliis demum, imprimis auibus, in alimentum cedendo.

ENTO-

ENTOMOLOGI praestantiores figuris, proprietatibus, attributis inclaruere:

Metamorphosii *Goedart*, *Meriana*, *Albinus*, *Frisch*, *Wilkes*, *Roesel!*

Philosophi *Swammerdam*, *Reaumur!* *De Geer.*

Descriptores *Raius*, *Fauna suecica.*

Monographi *Lister*, *Schaeffer*, *Clerk.*

ORDINES ab Alis desumsi.

Alae 4 { Superiores { crustaceae totae - - *Coleoptera* - 1.
semicrustaceae - - - *Hemiptera* 2.
Omnes { imbricatae squamis - *Lepidoptera* 3.
membranaceae
ano { mutico *Neuroptera* 4.
aculeato *Hymenoptera* 5.

Alae 2; Halteres loco posticarum - - - *Diptera* - 6.

Alae 0 s. absque Alis et Elytris - - - - *Aptera* - 7.

Quaeso ne haec legentes,
quoniam in his spernunt multa,
etiam relata fastidio damnent,
cum in contemplatione naturae
nil possit videri supervacaneum.
Plin.

I. COLEOPTERA.

* Antennis clauatis.

170. SCARABAEVS *Antennae* claua fiſſili. *Tibiae* antice dentatae.
171. DERMESTES *Antennae* claua perfoliata. *Caput* inflexum ſub thorace vix marginato.
172. HISTER *Antennae* claua ſolida, *Caput* retractile intra thoracem.
178. ATTELABVS *Caput* poſtice attenuatum.
177. CVRCVLIO *Antennae* inſidentes *Roſtro* corneo.
173. SILPHA *Thorax* Elytraque marginata.
175. COCCINELLA *Antennae* claua truncata. *Palpi Semicordati.*

* * Antennis filiformibus.

174. CASSIDA *Corpus* ouatum. *Elytra* marginata. *Caput* tectum clypeo.
176. CHRYSOMELA *Corpus* ouatum, immarginatum.
188. MELOE *Thorax* ſubrotundus. *Caput* gibbum, inflexum.
187. TENEBRIO *Thorax* marginatus. *Caput* exſertum: Corpus oblongum.
189. MORDELLA *Laminae* ad baſin abdominis. *Caput* inflexum.
191. STAPHYLINVS *Elytra* dimidiata alas regentia. *Veſiculae* 2 ſupra caudam exſerendae.

* * * Antennis ſetaceis.

179. CERAMBYX *Thorax* lateribus mucronato-calloſus.
180. LEPTVRA *Elytra* apice attenuata. *Thorax* teretiuſculus.
181. CANTHARIS *Elytra* flexilia. *Abdomen* lateribus plicato-papilloſum.
182. ELATER *Pectoris* mucro e poro abdominis reſiliens.
183. CICINDELA *Maxillae* exſertae dentatae. *Oculi* prominuli.
184. BVPRESTIS *Caput* intra thoracem retractum.
185. DYTISCVS *Pedes* poſtici ciliati natatorii.
186. CARABVS *Thorax* obcordatus poſtice truncatus.
190. NECYDALIS *Elytra* dimidiata: alis nudis.
192. FORFICVLA *Elytra* dimidiata: alis tectis. *Cauda* forcipata.
193. BLATTA *Elytra* alaeque coriacea plana. *Cauda* ſupra bicornis.
194. GRYLLVS *Elytra* alaeque membranacea deflexa. *Pedes* ſaltatorii.

II. HE-

II. HEMIPTERA.

195. CICADA *Roſtrum inflexum. Pedes* poſtici ſaltatorii.
196. NOTONECTA *Roſtrum* inflexum. *Pedes* poſtici natatorii (ciliati.)
197. NEPA *Roſtrum* inflexum. *Pedes* antici capitis cheliferi.
198. CIMEX *Roſtrum* inflexum. *Pedes* curſorii.
199. APHIS *Roſtrum* inflexum. *Abdomen* bicorne.
200. CHERMES *Roſtrum* pectorale. *Pedes* poſtici ſaltatorii.
201. COCCVS *Roſtrum* pectorale. *Adomen* poſtice ſetoſum maribus.
202. THRIPS *Roſtrum* obſoletum. *Alae* incumbentes abdomini flexili.

III. LEPIDOPTERA.

203. PAPILIO *Antennae* extrorſum craſſiores. *Alae* erectae.
204. SPHINX *Antennae* medio craſſiores.
205. PHALAENA *Antennae* introrſum craſſiores.

IV. NEVROPTERA.

206. LIBELLVLA *Cauda* forcipata. *Os* maxilloſum. *Alae* extenſae.
207. EPHEMERA *Cauda* ſetis 2 ſ. 3. *Os* edentulum. *Alae* erectae.
208. PHRYGANEA *Cauda* ſimplex. *Os* edentulum. *Alae* deflexae.
209. HEMEROBIVS *Cauda* ſimplex. *Os* bidentatum. *Alae* deflexae.
210. PANORPA *Cauda* chelata. *Os* roſtratum. *Alae* incumbentes.
211. RAPHIDIA *Cauda* filo 1. *Os* bidentatum. *Alae* deflexae.

V. HYMENOPTERA.

212. CYNIPS *Aculeus* ſpiralis!
213. TENTHREDO *Aculeus* ſerratus! bialuis.
214. ICHNEVMON *Aculeus* exſertus! triplex.
215. SPHEX *Aculeus* punctorius. *Alae* plicatae. *Os* elingue.
216. VESPA *Aculeus* punctorius. *Alae* ſuperiores plicatae!
217. APIS *Aculeus* punctorius. *Lingua* inflexa!
218. FORMICA *Aculeus* obſoletus. *Alae* neutris nullae!
219. MVTILLA *Aculeus* punctorius. *Alae* omnibus nullae!

VI. DIPTERA.

220. OESTRVS *Os* clauſum ſ. nullum.
221. TIPVLA *Os* labiis lateralibus.
222. MVSCA *Os* proboſcide edentulum.
223. TABANVS *Os* proboſcide dentatum.
224. CVLEX *Os* roſtro nutante vniualui.
225. EMPIS *Os* roſtro inflexo.
226. CONOPS *Os* roſtro porrecto geniculato.
227. ASILVS *Os* roſtro porrecto ſubulato.
228. BOMBYLIVS *Os* roſtro porrecto ſetaceo.
229. HIPPOBOSCA *Os* roſtro ſubnutante breuiſſimo.

VII. APTERA.

* Pedibus ſex; Capite a Thorace diſcreto.

230. LEPISMA *Cauda* ſetis exſertis.
231. PODVRA *Cauda* bifurca inflexa ſaltatrix.
232. TERMES *Os* maxillis duabus.
233. PEDICVLVS *Os* aculeo exſerendo.
234. PVLEX *Os* roſtro inflexo.

† Mutilla *vide* 219.

* * Pedibus pluribus (octo et vltra); Capite cum Thorace vnito.

235. ACARVS *Oculi* 2, remoti. *Pedes* 8.
236. PHALANGIVM *Oculi* 2, approximati. *Pedes* 8.
237. ARANEA *Oculi* 8. *Pedes* 8.
238. SCORPIO *Oculi* 8. *Pedes* 10. *Cauda* armata.
239. CANCER *Oculi* 2. *Pedes* 10. *Cauda* inermis.
240. MONOCVLVS *Oculi* 2. *Pedes* branchiales.

* * * Pedibus pluribus. Capite a Thorace diſcreto.

241. ONISCVS *Corpus* ouatum.
242. SCOLOPENDRA *Corpus* lineare.
243. IVLVS *Corpus* ſubcylindraceum.

I. COLEOPTERA.

Elytra alas tegentia.

170. SCARABAEVS. *Antennae* clauatae capitulo fissili.
Tibiae antice saepius dentatae.

* *Thorace cornuto.*

Hercules. 1. S. thoracis cornu incuruo maximo subtus barbato, capitis cornu recuruato: supra dentato.
Marcgr. bras. 247. *f.* 3. *Ionst. inf. t.* 16. *f.* 1.
Olear. mus. t. 16. *f.* 1. *Pet. gaz. t.* 70. *f.* 1.
Grew. mus. 162. *Swam. bibl. t.* 30. *f.* 2.
Roes. scarab. 1. *t. A. f.* 1. *inf.* 4. *p.* 45. *t.* 5. *f.* 3.
Habitat in America.

Actaeon. 2. S. thorace bicorni, capitis cornu tridentato; apice bifido. *Mus. L. U.*
Marcgr. bras. 246. Enena. *Olear. mus. t.* 16. *f.* 2.
Mer. sur. t. 72. *Roes. scar.* 1. *t. A. f.* 2.
Hoffn. pict. 1. *t.* 1. *in medio.* *Swamm. bibl. t.* 30. *f.* 4.
Habitat in America.

Simson. 3. S. thorace bicorni, capitis cornu apice tantum bifurcato.
Sloan. iam 2. *p.* 205. *t.* 237. *f.* 4. 5.
Brown. iam. 428. *t.* 43. *f.* 6. Scarabaeus 4.
Habitat in America.

Atlas. 4. S. thorace tricorni: antico breuissimo, capitis cornu recuruato. *M. L. U.*
Marcgr. bras. 247. *f.* 1. *Olear. mus. t.* 16. *f.* 3.
Pet. gaz. t. 49. *f.* 8. *an? t.* 14. *f.* 12.
Merian. surin. in titulo F. G. *Swamm. bibl. t.* 30. *f.* 3.
Habitat in America.

Aloëus. 5. S. thorace tricorni: intermedio longiore, capite mutico, elytris vnistriatis. *M. L. U.*
Roes. inf. 2. *scar.* 1. *t. A. f.* 6. *Pet. gaz.. t.* 24. *f.* 10.

Habi-

Scarabaeorum *Larvae vivunt tranquillae sub terra: harum pleraequae fimo delectantur et eo pascuntur.*

Habitat in America *ſeptentrionali.*
Simillimus S. naſicorni, ſed triplo maior, tibiis anticis quinquedentatis.

Typhoeus. 6. S. thorace tricorni: intermedio minore, capite mutico. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 23. f. 3.
Habitat in Anglia, Hiſpania. *Osbeck.*
Magnitudo S. ſtercorarii; elytra laeuia, non vero nitida.

naſicornis. 7. S. thorace tuberculo triplici, capitis cornu recuruato.
Fn. ſuec. 340. Scarabaeus capite vnicorni recuruo, thorace gibbo, abdomine hirſuto.
Olear muſ. 27. t. 16. f. 4. *Friſch. inſ. 3. t. 3. f. 1.*
Swamm. bibl. t. 27. f. 1, 2. *Iacob. muſ. 1. S. 5.*
Ionſt. inſ. t. 15. f. 2. *Roeſ. inſ. 2. ſcar. 1. t. 7. f. 8, 10.*
Hoffn. pict t. 13. f. antepen.
Habitat in Europae *Vaporariis.*
Femina thorace rotundato, vix retuſo, minime cornuto.

Iunaris. 8. S. thorace tricorni: intermedio obtuſo bifido, capitis cornu erecto.
Fn. ſuec 341. Scarabaeus thorace ſubmutico, capite lunato, corniculo emarginato.
Pet. gaz. t. 8. f. 4. *Friſch. inſ. 4. t. 3. f. 7.*
Roeſ. inſ. 2. ſcar. 1. t. B. f. 2.
Habitat in Europa.
Sexus varietas thorace retuſo laeui absque corniculis thoracinis, quare difficilius primum dignoſcitur.

cylindricus. 9. R. thorace antice truncato quinquedentato, capite antice cornu erecto, corpore cylindrico.
Fn. ſuec. 342.
Habitat in Europa.

Carnifex. 10. S. thorace retuſo dentato, capitis cornu erecto ſubulato curuo, labio integro, elytris ſulcatis.
Roeſ. ſcar. 1. t. B. f. 8.
Brown. iam. 428. t. 43. f. 5. Scarabaeus cornu incuruo.
Habitat in Iamaica.

* * *Thorace inermi, capite cornuto.*

Rhinoceros. 11. S. thorace inermi, capite cornu ſimplici, labio bifido, elytris punctatis. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 44. f. 9. et t. 100. f. 3.
Roeſ. ſcarab. 1. t. A. f. 7. *Habi-*

Habitat in Asia.
Similis *S. nasicorni, sed duplo maior, cornu capitis basi non compresso sed depresso, Labio bifido.*

Molossus. 21. S. thorace inermi retuso, capite lunato vnicorni margine integro, elytris laeuibus. *M. L. V.*
Habitat in India. *Osbeck.*
Postice crassior, valde gibbus et ouali-rotundatus.

Mimas. 13. S. thorace inermi retuso angulato, capite obsolete bicorni, elytris inauratis striatis *M. L. U.*
Marcgr. bras. 147. *f.* 2? *sed minor.*
Roes. scarab. 1. *p.* 20. *t. B. f.* 1.
Habitat in America *meridionali.*
Fortissimus laterem ponderosum mouet et attollit. Marcgr.

facer. 14. S. thorace inermi, capite obsolete bicorni antice trilobo: intermedio quadridentato, thoracis marginibus suberenulatis.
Habitat in Aegypto, Mauritania.
Cornuum rudimenta in mare desunt. Thoracis latera margine obsolete crenulata et ciliata. Femora postica dente obtuso notata.
Hic in columnis antiquis Romae exsculptus ab Aegyptiis.

didymus. 15. S. thorace inermi fossula exarato, capite tricuspidi, elytris striatis.
Habitat in America.
Sexus alter mucronem paruum habet in antica thoracis.

valgus. 16. S. thorace mutico, capite cornuto, femoribus secundi paris remotis. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 27. *f.* 8.
Habitat in America.
Elytra breuia. Digiti magis hirsuti, quam in reliquis. Scutellum nullum.

nuchicornis. 17. S. thorace inermi, occipite spina erecta armato.
Fn. suec. 354. *It. gotl.* 41. Scarabaeus capite thoraceque atro opaco, elytris cinereis nigro nebulosis.
Roes. inf. scar. t. A. f. 4.
Habitat in Europa.
Femina tantum a tergo cornuta.

18. S.

subterraneus. 18. S. thorace inermi glabro triplici tuberculo, elytris striis crenatis.
Gadd ſatag. 76. Scarabaeus niger, capitis clypeo lunato tribus tuberculis notato.
Habitat in Europa.

erraticus. 19. S. thorace inermi laeui, capite tuberculo vnico, elytris teſtaceis.
Habitat in Europa, *forte et in* India.

maurus. 20. S. thorace inermi, capite mucronibus tribus, corpore cyaneo, abdomine flaueſcente.
Habitat in Mauritania. *Cl. Alſtrömer.*
Oblongus viridi caeruleus. Abdomen ſordide luteſcens villoſum. Thorax conuexus; mucrones 3 transuerſi in antica capitis.

foſſor. 21. S. thorace inermi ſubretuſo, capite tuberculo triplici: medio ſubcornuto.
Fn. ſuec. 352. Scarabaeus ouatus ater glaber.
Habitat in Europae *collibus.*

fimetarius. 22. S. thorace inermi, capite tuberculato, elytris rubris, corpore nigro.
Fn. ſuec. 355. Scarabaeus capite thoraceque nigro, antennis elytrisque rubris.
Friſch. inſ. 4. *t.* 19. *f.* 3. *Roeſ. inſ.* 2. *ſcarab. t. A. f.* 3.
β. Scarabaeus capite thoraceque nigro glabro, elytris griſeis, pedibus pallidis. *It. oel.* 41. *Fn. ſuec.* 353.
Vddm. diſſ. n. 2.
Habitat in Europae *ſtercoratis.*

haemorrhoidalis. 23. S. thorace inermi, capite tuberculato, elytris apice rubris.
Fn. ſuec. 358. Scarabaeus ater, elytris pone ferrugineis, pedibus rufis.
Habitat in Europae *fungis et putridis.*

conſpurcatus. 24. S. thorace inermi, capite tuberculato, elytris liuidis maculatis. *M. L. V.*
Habitat in Europae *ſtercoratis primo vere.*

* * * Mutici *capite et thorace inermi.*

Gigas. 25. S. thorace inermi retuſo, capite inermi ſupra margine neque angulato. *M. L. V.*
Habi-

Habitat in Aegypto.
Magnitudinis primae, ater.

scaber. 26. S. muticus, thorace elytrisque antice scabris. *M. L. V.*
Habitat in India.
Magnitudo dupla S. nasicornis. Caput angulatum, retusum puncto, in medio prominulo.

longimanus. 27. S. muticus, pedibus anticis arcuatis longissimis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Thoracis margo crenulatus. Tibiae anticae longitudine corporis. Femora antica in medio dente valido. Ungues quasi duplicati.

pilularius. 28. S. muticus, thorace postice rotundato, scutello nullo. *M. L. V.*
Arist. lib. 5. c. 18. *Plin. nat.* II: 34. Pilularius.
Rai inf 105. *n.* 1. *Catesb. car* 3: *t.* II.
Habitat in America.
Sisyphi instar volvit globum e stercore imprimis humano confectum.

Schaefferi. 29. S. muticus, thorace postice rotundato, scutello nullo, clypeo emarginato, elytris triangulis.
Habitat in Germania. *I. C. Schaefferus.*
Statura S. nuchicornis, sed major, ater; elytris apice angustioribus et versus apicem magis gibbis.

stercorarius. 30. S. muticus ater glaber, elytris sulcatis, capite rhombeo: vertice prominulo. *Fn. suec.* 359.
Mouff. ins. 151. Scarabaeus stercorarius.
List. mut. 17. *f.* 4. *Rai. inf.* 90. *n.* 7. *et* 74. *n.* 1.
Frisch. ins 4. *t.* 13. *f.* 6.
Habitat in Europa, America. *Kalm.*
Perforat terram aridam sub stercore, Acaris obnoxius.

vernalis. 31. S. muticus, elytris glabris laeuissimis, capitis clypeo rhombeo: vertice prominulo. *Fn. suec.* 350.
Habitat in Europa.
Trahit stercora ouium ad foramina, vti S. pilularius.

calcaratus. 32. S. muticus, capite clypeato emarginato, femoribus posticis dentatis.
Habitat in Aegypto.

fabulosus. 33. S. muticus niger opacus rugosus.
Habitat in Europae *terra fabulosa.*

Chrysis. 34. S. muticus, pectore antice cornuto, scutello elytris dimidio breuiore. *M. L. V.*
Habitat in India.
Corpus magnitudine et colore S. aurati; sed Pectus subtus antrorsum cornutum.

nitidus. 35. S. muticus, thorace postice lobato, capite inermi, pectore antice cornuto. *M. L. V.*
Habitat in India.
Scutellum minimum; color viridis. Tibiae non dentatae.

lanigerus. 36. S. muticus subtus lanatus, capite thoraceque auratis, elytris flauis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Labium futura distinctum a capite. Elytra sulphurea.

festiuus. 37. S. muticus, scutello nullo, thorace nigro maculato elytrisque rubro-aeneis.
Habitat in America. *Rolander.*
Magnitudo *S. Melolonthae, at breuior, niger.* Caput *nigrum, lunatum, integrum.* Thorax *laeuis, conuexus, rubro-aeneus, postice rotundatus absque Scutello: Macula lobata nigra in disco; vnica nigra vtrinque ab angulo laterali thoracis exiens; vnica vtrinque nigra parua intra angulum thoracis ad punctum impressum.* Elytra *rubro-aenea, striata, longitudine thoracis.*

lineola. 38. S. muticus niger, lineola flaua a capite ad scutellum ducta.
Habitat in America. *Rolander.*
Minor S. stercorario, niger. Lineola *flaua longitudinalis thoracis.* Maris *Elytra immaculata.* Feminis *maculae 3 flauae, sparsae in singulis elytris et postica abdominis, quae pone elytra luteo maculata.* Femora *vtrisque flauescentia.*

punctatus. 39. S. muticus niger, thorace elytrisque testaceis: punctis octo nigris. *M. L. V.*
Habitat in India.
Thorax puncto vtrinque nigro laterali notatus.

40. S.

Sepicola. 40. S. muticus ferrugineus, thorace elytrisque pilosis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Habitus S. Horticolae, sed triplo maior.

Syriacus. 41. S. muticus, capite thoraceque piloso viridibus, elytris pilosis ciliatis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Statura S. Horticolae.

Horticola. 42. S. muticus, capite thoraceque caeruleo piloso, elytris griseis, pedibus nigris. *Fn. suec.* 351.
It. scan. 116, 321. Scarabaeus frisius.
Habitat in Europae *hortis, Pomonam deuastat, intacta Pyro communi.*

Melolontha. 43. S. muticus testaceus, thorace villoso, cauda inflexa, incisuris abdominis albis. *Fn. suec.* 345.
Aldr. inf. 454. *t. super. f.* 2. *Mouff. lat.* 160. *f.* 2.
Hoffm. inf. t. 1. *f.* 11. *Merian. europ.* 1. *p.* 2. *f.* 4.
Goed. inf. 1. *t.* 78. *Rai. inf.* 109. *n.* 1.
Alb. inf. 60. *Pet. gaz. t.* 9. *f.* 2.
Roes. inf. 2. *scarab.* 1. *t.* 1.
Leeuwenh. epist. 1. *p.* 18.
Habitat in Europa.
Exedunt radices segetis Laruae; Scarabaei folia arborum, Fagi, aliarumque.

Solstitialis. 44. S. muticus testaceus, thorace villoso, elytris luteo pallidis: lineis tribus albis parallelis. *Fn. suec.* 346.
Mouff. inf. 160. *f.* 3. *List. mut.* 18. *f.* 17.
Pet. gaz. t. 22. *f.* 9. *Frisch inf.* 9. *t.* 15. *f.* 3.
Habitat in Europa. *Volitat vesperi imprimis.*

hemipterus. 45. S. muticus, thorace tomentoso rugis duabus longitudinalibus marginato, elytris abbreuiatis.
Habitat in Germania. *P. Forskål.*
Clypeus *apice emarginato.* Antennae *piceae.* Corpus *nigrum.* Thorax *marginatus, planiusculus, rugis duabus longitudinalibus eleuatis.* Elytra *abdomine dimidio breuiora.* Abdomen *pone elytra saepe cinereum.* Plantae *piceae.* Aculeus *ani feminae serratus.*

Scarabaeorum *hirsutorum laruae sub radicibus plantarum degunt et easdem consumunt; at volatiles foliis Arborum pascuntur.*

Fullo. 46. S. muticus, antennarum lamellis septenis aequalibus, corpore nigro albedine irrorato. *Fn. suec.* 343.
Mouff. inf. 160. *f.* 4. *Hoffm. pict. t.* 7.
Frisch. inf. 11. *t.* 1. *f.* 1. *Rai. inf.* 93. *n.* 9.
Habitat in Europae *duris, arenosis.*

fasciatus. 47. S. muticus, niger tomentoso-flauus, elytris fasciis duabus luteis coadunatis. *Fn. suec.* 348.
Mouff. inf. 161. *f.* 6.
Habitat in Europae *floribus Syringae, Filipendulae.*

indus. 48. S. muticus, thorace hirsuto: elytris liuidis fusco punctatis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Statura S. fasciati. Thorax postice emarginatus. Scutellum nudum.

brunnus. 49. S. muticus testaceus, elytris striatis, thorace vtrinque puncto notato. *M. L. V.*
Habitat in Europa.

capensis. 50. S. muticus ruber adspersus punctis albis. †
Petiv. gaz. t. 8. *f.* 6. *Roes. inf.* 2. *scar.* 1. *t.* B. *f.* 6.
Habitat ad Cap. b. Spei.

Lanius. 51. S. muticus ruber adspersus punctis nigris.
Sloan. iam. 2. *t.* 237. *f.* 7, 8. *Roes. inf.* 2. *scar.* 1. *t.* B. *f.* 3.
Habitat in America.

auratus. 52. S. muticus auratus, segmento abdominis secundo latere vnidentato.
Fn. suec. 344. Scarabaeus muticus glaber aeneus.
Hoffm. pict. t. 6. *f. prior. Frisch. inf.* 12. *t.* 3. *f.* 1.
Rai. inf. 76. *n.* 7. *Roes. inf.* 2. *t.* 2. *f.* 9, 8.
Habitat in Europae *aceruis formicarum, plantarum, delectatur floribus.*
Pectoris latera postice in dentem excunt.

variabilis. 53. S. muticus laeuis opacus ater, elytris punctatis. *M. L. V.*
Roes. inf. 2. *scarab.* 1. *t.* 3.
Habitat in Europae *Quercubus varius.*
Mas femina quintuplo minor est; variat colore aureo et rubro.

54. S.

nobilis. 54. S. muticus laeuis auratus, abdomine poſtice albo punctato.
Roeſ. inſ. 2. *ſcar.* 1. *t.* 3. *f.* 3, 4, 5.
Vddm. diſſ. 1. Scarabaeus viridi aeneus, thorace ſulcato, elytris rugoſis.
Habitat in Europae *Floribus.*

ruſipes. 55. S. muticus ater, antennis pallidis, elytris laeuibus. *Fn. ſuec.* 356.
Habitat in Europae *ſtercoratis.*
Simillimus S. ſubterraneo, ſed elytra ſtriis minime crenatis et thorax minus gibbus.

aquaticus. 56. S. muticus piceus, elytris ſtriatis, antennis flaueſcentibus filiformibus. *Fn. ſuec.* 357.
Habitat in aqua Europae *cum Dytiſcis.*

Ceratoniae. 57. S. muticus, thorace ſcabro lateribus tridentato, elytris griſeis. †
Haſſelqu. iter. 409. *n.* 99. Scarabaeus ceratoniae.
Habitat in Ceratonia *Cairi.*

* * *Os maxillis forcipatis.*

Ceruus. 58. S. maxilloſus: maxillis exſertis apice bifurcatis.
Fn. ſuec. 377. Scarabaeus cornibus duobus mobilibus aequalibus apice bifurcatis: introrſum ramis denticulisque inſtructis.
Mouff. inſ. 148. Ceruus volans.
Aldr. inſ. 151. *f.* 1. *Ionſt. inſ. t.* 14. *f.* 1. 2.
Hoffn. inſ. t. 6. *Mer. eur. t.* 168.
Worm. muſ. 242. *Rai. inſ.* 74.
Olear. muſ. t. 16. *f.* 5. Taurus volans.
Roeſ. ſcar. 1. *t.* 4. 5. *f.* 7. 9.
β. Scarabaeus maxillis lunatis prominentibus dentatis; thorace inermi. *Fn. ſuec.* 338. (femina).
Roeſ. inſ. 2. *t.* 5. *f.* 8.
γ. *Merian. Europ.* 168. *optime.*
Habitat in Europae *ligno quercino putrido, in* America *triplo minor etc.*
Cornua officinalia ſunt. Maxillae in hac ſpecie maiores, ſpecioſae.

Scarabaei maxilloſi *Larvae in ligno putrido vitam degunt.*

inretruptus. 59. S. maxillosus, antennis arcuatis, corpore oblongo depresso, vertice subcornuto, thorace abdomineque remotis. *M. L. V.*
Merian. sur. t. 50. *Pet. gaz. t. 27. f. 7.*
Brown. iam 429. t. 44. f. 7. Dermestes.
Habitat in America.
Facies Sc. valgi, et summa affinitas.

carinatus. 60. S. maxillosus depressus, thorace mutico capite breviore: angulis posticis excauatis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Abdomen breuissimum, non longius thorace cum capite. Pectus postice terminatum angulo acuto.

tridentatus. 61. S. maxillosus, thorace vtrinque tridentato. *Fn. suec. 339. It. oel. 152.*
Habitat in Europa.

parallelepipedus. 62. S. maxillosus depressus niger, maxillis dente laterali eleuato.
Habitat in Germania.
Ita similis facie, structura, antennis et omnibus S. Cornuo foeminae, vt nisi 8-i s minor esset, eundem dicerem; sed color ater, non purpurascenti-niger, et corpus magis depressum.

Caraboides. 63. S. maxillosus, maxillis lunulatis, thorace marginato.
Vldm. diss. n. 40. Carabus caerulescens.
Habitat in Europa.

171. DERMESTES. *Antennae* clauatae: capitulo perfoliato articulis tribus crassioribus.
Thorax conuexus, vix marginatus.
Caput sub thorace inflexum condens.

lardarius. 1. D. niger, elytris antice cinereis. *Fn. suec. 360.*
Goed. inf. 2. t. 41. *Mer. inf. 2. t. 33.*
Blank. inf. t. 11. f. K. L. M. *Frisch. inf. 5. t. 9.*
Rai inf. 107. n. 4.
Habitat in Europae *animalibus, lardo, carnibus.*

2. D.

vndatus. 2. D. niger, faſcia lineari alba duplici vndulata. *Fn. ſuec.* 361.
Habitat in Europae *putridis.*

pellio. 3. D. niger, coleoptris punctis albis binis. *Fn. ſuec.* 362.
Friſch. inſ. 5. *t.* 8.
Habitat in Europae *cibariis, pellibus.*

pectinicornis. 4. D. fuſcus, antennis luteis pennatis.
Habitat in Europa.

clauicornis. 5. D. niger, antennis clauatis piloſis.
Habitat in Europa.

pertinax. 6. D. fuſcus, antennis ſiliformibus.
Fn. ſuec. 384. Caſſida nigra, antennis ſetaceis, corpore teretiuſculo.
Habitat in Europae *domibus, quisquiliis, veſtimentis.*
Potius occiditur, quam captus ſe mouet.

mollis. 7. D. teſtaceus, oculis fuſcis, antennis ſiliformibus.
Habitat in Europa.
Affinis Chryſomelis, ſed ſtatura D. pertinacis.

Capucinus. 8. D. niger, elytris abdomineque rubris, thorace emarginato retuſo.
Habitat in Europae *truncis, parietibus lignis.*

typographus. 9. D. teſtaceus piloſus, elytris ſtriatis retuſis praemorſo dentatis. *Fn. ſuec.* 366. *It. oel.* 26. 195.
Rai. inſ 100. *n.* 10. Scarabaeus.
Habitat in Europa *intra cortices truncorum; in* America. *Kalm.*

micrographus. 10. D. teſtaceus glaber, elytris apice villoſis obtuſis. *Fn. ſuec.* 367.
Habitat in Europa *intra cortices arborum emortuarum.*

polygraphus. 11. D. teſtaceus piloſus, elytris glaucis obtuſiuſculis.
Habitat in Europa *ſub arborum corticibus: labyrinthis pinnatis.*

piniperda. 12. D. niger ſubuilloſus, elytris piceis integris, plantis rufis.

Dermeſtis *Larvae exedunt et deſtruunt Animalium cadauera, res culinares, Pelles, Cortices, Ligna, Semina et pleraque alia.*

Habitat in Europae *ramulis inferioribus Pini, quos perforat, exſiccat.*

violaceus. 13. D. nigro-caeruleſcens, thorace villoſo.
Fn. ſuec. 373. Dermeſtes nigro-caeruleus.
Habitat in Europa.

feneſtralis. 14. D. caſtaneus, capite nigricante, thorace fuſco.
Fn. ſuec. 442. Chryſomela fuſca, capite nigricante.
Habitat in Europa.

domeſticus. 15. D. niger, elytris griſeis margine nigris, thorace villoſo.
Fn. ſuec. 368.
Habitat in Europa.
Thorax valde gibbus et fere hemiſphaericus.

melanocephalus. 16. D. niger ouatus glaber, elytris griſeis. *Fn. ſuec.* 369.
Habitat in Europa.

murinus. 17. D. tomentoſus oblongus fuſco cinereoque nebuloſus, ſcutello luteo. *Fn. ſuec.* 365.
Friſch. inſ. 4. *t.* 18.
Habitat in Europae *cadaueribus.*
Subtus ex nigredine albus.

pilula. 18. D. tomentoſus ouatus fuſco-nebuloſus.
Fn. ſuec. 536. Mordella ſubrotunda, colore murino.
Habitat in Europa *ſub lapidibus.*

Scarabaeoides. 19. D. ouatus ater glaber, elytris maculis duabus obſolete ferrugineis.
Habitat in Europa.

Scrophulariae. 20. D. tomentoſus maculatus.
Fn. ſuec. 411. Coccinella villoſa, coleoptrorum margine inflexo, thoracis macula baſeos vtrinque alba.
β. Coccinella villoſa, coleoptrorum margine inflexo, futuris rubris. *Fn. ſuec.* 412.
Habitat in Europae Scrophulariis.

Piſorum. 21. D. tomentoſus griſeus, antennis filiformibus, elytris abbreuiatis podice albo: maculis duabus nigris.
Kalm. it. 2. *p.* 294. Bruchus americae ſeptentrionalis.
Amoen acad. 3. *p.* 347. Curculio piſorum.
Habitat in Americae *ſeptentrionalis ſeminibus Piſi.*

Piſa

Piſa per Americam ſeptentrionalem miſere deſtruit.
Statura Curculionis ſed absque roſtro; Antennae filiformes, nec capitatae.

paniceus. 22. D. ferrugineus, oculis rufis.
Habitat in Europae *pane, quod exedit.*
Magnitudo Milii, obtuſus, totus caſtaneus, etiam antennis, vix villoſus. Oculi magis rubent.

euſtatius. 23. D. ater glaber obtuſiſſimus, pedibus ferrugineis.
Habitat in inſulae Euſtatii fungis. *Rolander.*
Magnitudo Pediculi, ater, glaberrimus, poſtice valde obtuſus, elytris tamen tectus.

ſtercoreus. 24. D. oblongus glaber teſtaceus, oculis nigris. *Faun. ſuec.* 375.
Habitat in Europae *viis, imprimis in fimo Equino.*

pediculārius. 25. D. oblongus teſtaceus, elytris abbreuiatis.
Fn. ſuec. 441. Chryſomela dilute teſtacea hemiptera.
Habitat in Europa.

pulicārius. 26. D. oblongus niger, elytris abbreuiatis, abdomine acuto. *Fn. ſuec.* 370.
Rai. inſ. 108.
Habitat in Floribus *curſitans.*

pſyllius. 27. D. ouatus niger, abdomine obtuſo, thorace elytrisque marginatis.
Habitat in Floribus.

ſcanicus. 28. D. fuſcus, thorace teſtaceo. *Fn. ſuec.* 376.
Habitat in Europa.

Colon. 29. D. thoracis lateribus flauis, elytris griſeis puncto nigro.
Habitat in Europa.
Corpus *ouatum.* Caput *nigrum.* Thorax *fuſcus lateribus flauis.* Elytra *obſcure teſtacea ſ. griſea, cum puncto nigro in medio verſus marginem inferiorem.*

ſurinamēnſis. 30. D. teſtaceus, elytris ſtriatis, thorace ſtriis tribus elevatis marginibusque denticulato.
Habitat Surinami. *Rolander.*
Oblongus, magnitudine Pediculi.

hemipterus. 31. D. elytris abbreuiatis baſi exteriore apiceque teſtaceis.
Habitat Surinami. *Rolander.*
Magnitudo *Pediculi.* Antennae *capitatae.* Pedes *ferruginei.* Elytra *abdomine* $\frac{1}{2}$. *breuiora, ſingulis macula glauca cuneiformis in apice, et punctum glaucum ad baſin exteriorem elytri.*

172. HISTER. *Antennae* capitatae capitulo ſolidiuſculo; infimo articulo compreſſo, decurvato.
Caput intra corpus retractile. *Os* forcipatum.
Elytra corpore breuiora.

vnicolor. 1. H. totus ater, elytris ſubſtriatis.
Fn. ſuec. 410. Coccinella atra glabra, elytris abdomine breuioribus margine inflexis.
Habitat in Europae, Indiae *arena, terra, ſtercore.*
In Indiis decuplo maior.

pygmaeus. 2. H. totus ater, elytris laeuiſſimis.
Habitat in Suecia.
Similimus primo, ſed quadruplo minor, et elytra minime ſtriata, ſi non vnica tantum ſtria arcuata.

bimaculatus. 3. H. ater, elytris poſtice rubris.
Vddm. diſſ. 20. Coccinella atra glabra, elytris abdomine breuioribus, maculis duabus rubris.
Habitat in Europa.

4-maculatus. 4. H. ater, elytris bimaculatis.
Gadd. ſtaaq. 76. Scarabaeus ouatus niger glaber, maculis duabus rubris in ſingulo elytro.
Habitat in Europa.
Maior reliquis: in antica parte elytri macula rubra inaequalis, in poſtica vero macula rubra lunata.

173. SILPHA. *Antennae* extrorſum craſſiores. *Elytra* marginata. *Caput* prominens. *Thorax* planiuſculus, marginatus.

germanica. 1. S. oblonga atra, clypeo obrotundo inaequali marginato, elytris obtuſiſſimis margine laterali ferrugineis.
Habitat in Germania. *P. Forſkåhl.*
Reliquis maior. Tota atra, glabra. Clypeus *figura ſequentis, ſed latior quam longus.* Elytra *obtuſiſſima et fere truncata. Margo lateralis elytrorum inflexus et occultatus ferrugineus eſt.*

Veſpillo. 2. S. oblonga, clypeo orbiculato inaequali, elytris faſcia duplici ferruginea.
Fn. ſuec. 347. Scarabaeus clypeo marginato, elytris nigris, faſciis duabus transuerſis rubris.
Gleditſch. Act. Berol. 1752. *p.* 53. Veſpillo.
Mouſſ. inſ. 147. *lin.* 7. *f.* 3. *et app. tab. vlt.*
Imp. alt. 692. *t.* 2. *f.* 2.
Blank. inſ. 168. *t.* 14. *f.* 1.
Friſch. inſ. 12. *p.* 28. *t.* 2. *f.* 2.
Roeſ. inſ. 4. *p.* 3. *t.* 1. *f.* 1, 2, 3.
Rai. inſ 106. Scarabaeus foetidus 1 aldrouandi.
Habitat in Europae, Americae *Cadaueribus.*
In America Septentrionali decuplo maior.
Sepelit cadauera minora ſub terra eandem effodiendo. Gleditſch. act. berol.

bipunctata. 3. S. oblonga nigra, elytris ſingulis puncto vnico rubro.
Fn. ſuec. 363. Dermeſtes niger, coleoptris punctis rubris binis.
Habitat in Europae *Carnibus, Lardo.*

4-punctata. 4. S. oblonga nigra, elytris punctis duobus ferrugineis.
Fn. ſuec. 364. Dermeſtes niger, coleoptris punctis rubris quaternis.
Friſch. inſ. 9. *p.* 36. *t.* 19. Scarabaeus paruus luteomaculatus, erucae lanigerae.
Habitat in Europae *arboribus putridis, feneſtris.*

5. S.

Silphae *Larvae et volatilia Animalium imprimis cadaueribus paſcuntur.*

indica. 5. S. nigra, elytris fasciis duabus ferrugineis, thorace antice bidentato. *M. L. V.*
Habitat in India.

americana. 6. S. ouata fusca, clypeo flauo: centro nigro intra annulum fuluum.
Catesb. car. 3. *p.* 10. *t.* 10. *f.* 5. Blatta americana.
Habitat in America.
Magnitudo S. vespillonis.

seminulum. 7. S. ouata atra nitida immaculata.
Habitat in Europae *ligno putrido Abietis. Rolander.*
Componit testam, vti Dasypus, et similis semini terrefacta caput et pectus abdomini applicat, vt exacte granum glabrum, lucidum referat, facile inuentorem seducens, quiete iacendo. Abdomen rubrum est.

agaricina. 8. S. ouata atra glaberrima hemiptera.
Habitat in Agaricis.

maura. 9. S. oblongiuscula atra, thoracis marginibus eleuatis, elytris sulcatis.
Habitat in Mauritania. *E. Brander.*
Thorax lateribus margine dilatato postice vtrinque acuminato. Elytra sulcis profundis postice connexis.

rustica. 10. S. oblonga rufa, antennis elytris pectoreque nigris.
Vddm. diss. 7. Dermestes elytris nigris, capite clypeo et abdomine rubro.
Habitat in Europa.

littoralis. 11. S. atra, elytris laeuibus: lineis eleuatis tribus, clypeo orbiculato nitido.
Fn. suec. 380. Cassida atra, elytris lineis tribus eleuatis, antennis antice testaceis.
Frisch. inf. 6. *p.* 12. *t.* 8. Scarabaeus campestris.
Habitat in Europa, *sub Fucis putridis.*

atrata. 12. S. atra, elytris subpunctatis: lineis eleuatis tribus laeuibus, clypeo antice integro. *Fn. suec.* 385.
Habitat in Europa.

thoracica. 13. S. nigra, elytris obscuris: linea eleuata vnica, clypeo retuso testaceo.
Fn. suec. 386. Cassida nigra, clypeo ferrugineo, elytris linea eleuata.

Rai.

Rai. inſ. 90. Scarabaeus primo ſimilis parum canaliculatus, ſcapulis croceis.
Gadd. diſſ. 25. Caſſida nigra, clypeo latiſſimo pallide rufo, macula lata nigra nitida.
Habitat in Europa.

opaca. 14. S. fuſca; elytris concoloribus: lineis eleuatis ſubternis, thorace antice truncato.
Habitat in Europa.

rugoſa. 15. S. nigricans, elytris rugoſis: lineis eleuatis tribus, thorace emarginato.
Fn. ſuec. 379. Caſſida atra, elytris ſtriis quinque punctisque eleuatis.
Rai. inſ. 90. Scarabaeus niger inter cadauera frequens, depreſſus, parum canaliculatus, vndique niger.
Habitat in caſis Lapponum, *et alibi per* Europam.

fabuloſa. 16. S. fuſca, elytris lineis eleuatis tribus vtrinque dentatis, thorace ſubemarginato.
Fn. ſuec. 382. Caſſida nigra, elytris ſtriis quinque vtrinque dentatis, clypeo emarginato.
Vddm. diſſ. 5. Dermeſtes niger, inter elytrorum lineas, quatuor eleuatis ſcrobiculis exaratus.
Habitat in Arena Europae.
Similis Scarabaeo fabuloſo.

obſcura. 17. S. nigra, elytris punctatis: lineis eleuatis tribus, clypeo truncato.
Vddm. diſſ. 8. Caſſida ouata nigra, elytris lineis tribus eleuatis: media longiſſima.
Habitat in Europa.
Differt a S. atrata, quod Color non lucidus, et aliter punctata.

ferruginea. 18. S. teſtacea, elytris lineis eleuatis ſenis, thorace emarginato. *Fn. ſuec.* 387.
Habitat in Europa.

groſſa. 19. S. nigra, elytris confertim punctatis: lineis eleuatis tribus, thorace emarginato.
Habitat in Europa.
Differt a ſequenti, quod ouata nec oblonga; puncta conferta confuſa, nec ſerie longitudinali digeſta.

20. S.

oblonga. 20. S. nigra, elytris ſtriis punctatis: lineis eleuatis ſenis, thorace emarginato.
Faun. ſuec. 381. Caſſida atra, elytris ſtriis 10 eleuatis, punctis excauatis ſtriatis.
Habitat in Europa.
Differt a praecedenti, quod magis oblonga, minusque emarginata.

aquatica. 21. S. cinerea, elytris ſubſtriatis, thorace emarginato longitudinaliter rugoſo virescente.
Habitat in Europae *aquis, Bupreſti ſimilis, ſed parua.*

colon. 22. S. nigra, elytris ferrugineo variis, thorace emarginato: tergo duplici puncto impreſſo.
Habitat in Europa.

depreſſa. 23. S. ferruginea, elytris laeuibus, thorace emarginato.
Habitat in Europa.

griſea. 24. S. griſea, elytris leuibus, thorace emarginato.
Habitat in Europa.

aeſtiua. 25. S. teſtacea ſubtomentoſa, oculis nigris.
Habitat in Europae floribus.

pedicularis. 26. S. nigra, elytris laeuibus, thorace marginato.
Habitat in Europa.
Magnitudo Pediculi, ſed obtuſa, pallidius nigra.

174. CASSIDA. *Antennae* ſubfiliformes, extrorſum craſſiores.
Elytra marginata.
Caput ſub thoracis clypeo plano reconditum.

viridis. 1. C. viridis.
Fn. ſuec. 377. *Rai. inſ.* 107. *n.* 5.
Goed. inſ. 1. *p.* 94. *t.* 43. *Friſch. inſ* 13. *p.* 35. *t.* 29.
Blank. inſ. 89. *t.* 11. *f. F.* *Reaum. inſ.* 3. *t.* 18.
Merian. europ. t. 115. *Roeſ. inſ.* 2 *ſcar.* 3. *p.* 13. *t.* 6.
Volk. heſp. 1. *p.* 166. *f.* 4.
Habitat in Plantis verticillatis *Europae.*

2. C.

nebuloſa. 2. C pallido-nebuloſa.
Fn. ſuec. 378. *Goed. inſ.* 1. *p.* 96. *t.* 44.
Rai. inſ. 88. Scarabaeus minor ſordide fuluus.
Habitat in Carduis.

nobilis. 3. C. griſea, elytris linea caerulea nitidiſſima.
Habitat in Europa.
Linea caerulea elytrorum perit cum vita.

cruciata. 4. C. pallida, elytris diſco fuſco-cruciato.
Habitat in America. *Rolander.*
Elytra *pallida, ſupra dorſum inſecti fuſca, inde brachium fuſcum pictum excurrit vtrinque ad angulos thoracis et tertium brachium per vtrumque elytrum ad anum.*

bifaſciata. 5. C. pallida, corpore faſciis duabus fuſcis.
Habitat in America *meridionali. Rolander.*

flaua. 6. C. flaua immaculata, corpore teſtaceo.
Habitat in America. *Rolander.*

purpurea. 7. C. flaua ſupra corpus purpurea.
Habitat in America. *Rolander.*
Parua, teſta omni flaua, ſed ſupra corpus infecta purpurea lata macula.

marginata. 8. C. teſtacea, margine thoracis elytrorumque flauo.
Habitat in America. *Rolander.*

reticularis. 9. C. flaua nigro-punctato reticulata.
Habitat in America. *Rolander.*

variegata. 10. C. rufa, elytris nigro variegatis: lateribus faſciatis.
Habitat in America. *Rolander.*
Maxima. Faſciae duae nigrae in margine lato laterali.

groſſa. 11. C. ſanguinea, elytris diſco punctis nigris ſparſis, margine lineis ramoſis nigris.
Habitat in India. *De Geer.*
Haec omnium maxima. Thorax immaculatus.

clatrata. 12. C. ferruginea, elytris margine omni, linea longitudinali, ſemique transuerſali nigris.

Habi-

Caſſidae *Laruae folia plantarum ſubtus exedunt, et proprio ſtercore ſeſe ſaepius obtegunt.*

Habitat in India. *De Geer.*
Thorax *immaculatus.* Elytra *latiſſima, margine vndique etiam ſuturae longitudinalis nigra.* Linea longitudinalis *nigra per medium ſinguli elytri.* Linea *inter praecedentes longitudinales nigra vtrasque combinat.* Femina *habet lineas dimidiatas transuerſales tres.*

iamaicenſis. 13. C. luteo-aenea, elytris immaculatis excauato-punctatis.
Sloan. iam. 2. *p.* 208. *t.* 233. *f.* 27. 28.
Habitat in America.

cyanea. 14. C. cyaneo-aenea, elytris immaculatis excauato-punctatis.
Pet. gaz. t. 57. *f.* 6.
Habitat in Braſilia.

inaequalis. 15. C. ferrugineo-aenea, elytris macula flaua ſubouata, diſci: *Muſ. petrop.* 650. *n.* 130.
Habitat in America. *Rolander.*
Elytrorum ſuperficies inaequalis eſt.

lateralis. 16. C. fuſco-aenea, elytris macula flaua laterali.
Habitat in America. *Rolander.*

diſcoides. 17. C. viridi-aenea, elytris maculis duabus flauis diſci.
Habitat in America. *Rolander.*

petiueriana. 18. C. nigra, elytris maculis quatuor flaueſcentibus.
Pet. gaz. 7. *t.* 71. *f.* 1. *Act. angl.* 271. *p.* 861.
Habitat in Aſia.

175. COCCINELLA. *Antennae* ſubclauatae, truncatae.
Palpi claua ſemicordata.
Corpus haemiſphaericum, thorace elytrisque marginatis. Abdomine plano.

* *Coleoptris* rubris *flauisque; Punctis nigris maculatis.*

vnipunctata. 1. C. coleoptris flaueſcentibns: puncto communi nigro.
Habitat in Europa.

2-punctata. 2. C. coleoptris rubris: punctis nigris duobus. *Fn. ſuec.* 388.

Pet.

Pet. gaz. 34. *t.* 21. *f.* 4.
Merian. inſ. 69. *t.* 136. *Liſt. loqu.* 383. *n.* 8.
Rai. inſ. 86. *n.* 2. *Bradl. natur. t.* 27. *f.* 4.
Friſch. inſ. 9. *p.* 33. *t.* 16. *f.* 4. *Reaum. inſ.* 3. *t.* 31. *f.* 16.
Habitat in Europae *Alnetis.*
Puncta duo in medio coleoptrorum.

3-punctata. 3. C. coleoptris rubris: punctis nigris tribus.
Habitat in Europa.
Puncta duo ad apicem coleoptrorum.

hebraea. 4. C. coleoptris luteis: maculis nigris ſex longitudinalibus difformibus.
Habitat in Europa.

5-punctata. 5. C. coleoptris ſanguineis: punctis nigris quinque. *Fn. ſuec.* 392.
Habitat in Pruno *ſpinoſa.*
Elytra ſanguinea ſunt.

trifaſciata. 6. C. coleoptris rubris: faſciis nigris tribus. *Faun. ſuec.* 390.
Habitat in Lapponia.

hieroglyphica. 7. C. coleoptris luteis: maculis duabus nigris longitudinalibus ſinuatis.
Habitat in Suecia.

7-punctata. 8. C. coleoptris rubris: punctis nigris ſeptem. *Fn. ſuec.* 391.
Friſch. inſ. 4. *p.* 1. *t.* 1. *f.* 4. *Rai. inſ.* 86. *n.* 1.
Pet. gaz. 33. *t.* 21. *f.* 3. *Merian. eur.* 24. *f.* 11.
Goed. inſ. 2. *p.* 58. *t.* 18. *Alb. inſ.* 61. *f. C.*
Roeſ. inſ. 2. *ſcar.* 3. *p.* 7. *t.* 2.
Reaum. inſ. 3. *t.* 31. *f.* 18. *Bradl. nat. t.* 27. *f.* 4.
Habitat in Europae *agris et plantis.*

9-punctata. 9. C. coleoptris rubris: punctis nigris nouem.
Vddm. diſſ. 14. Coccinella nigra, elytris rubris: punctis nouem nigris.
Habitat in Europae *Iuniperetis.*

10-punctata. 10. C. coleoptris fuluis: punctis nigris decem.
Habitat in Europa.

11. C.

Coccinellae *Larvae Aphides conſumunt, eoque plantas a Phthiriaſi hae purgant.*

11-punctata. 11. C. coleoptris rubris: punctis nigris vndecim. *Faun. ſuec.* 394.
Merian. europ. 168.
Habitat in Europa.

13-punctata. 12. C. coleoptris luteis: punctis nigris tredecim. *Fn. ſuec.* 395.
Habitat in Europae *Armoracia.*

14-punctata. 13. C. coleoptris flauis: punctis nigris quatuordecim: quibusdam contiguis. *Fn. ſuec.* 396.
Habitat in Europa.

ocellata. 14. C. coleoptris luteis: punctis nigris quindecim. *Faun. ſuec.* 398.
Gadd ſat. 26. Coccinella elytris flauo-luteis, punctis 15 nigris ocello flauo cinctis.
Merian. inſ. 48. *f.* 5.
Habitat in Europa.
Haec reliquis maior.

19-punctata. 15. C. coleoptris flauis: punctis nigris nouemdecim.
Habitat in Europa.

22-punctata. 16. C. coleoptris flauis: punctis nigris viginti duobus
Fn. ſuec. 401.
Habitat in Europa.
Thorax punctatus eſt.

24-punctata. 17. C. coleoptris rubris: punctis nigris viginti quatuor.
Fn. ſuec. 402.
Habitat in Europa.

25-punctata. 18. C. coleoptris rubris: punctis nigris viginti quinque.
Habitat in Europa.

conglobata. 19. C. coleoptris rubris: punctis nigris plurimis ſubcontiguis. *Fn. ſuec.* 403.
Friſch. inſ. 9. *p.* 34. *t.* 17. *f.* 6.
Habitat in Europa.

conglomerata. 20. C. coleoptris flaueſcentibus: punctis nigris plurimis contiguis. *Fn. ſuec.* 404.
Rai. inſ. 87. *n.* 15. *Liſt. loqu.* 383. *n.* 9.
Friſch. inſ. 9. *t.* 17. *f.* 4. 5.
Habitat in Europa.
Haec a n. 31. *figuris diſtingui nequit, ideoque ſynonyma vtrisque communia; forte ambae tantum ſexu differunt.*

** Co-

* * *Coleoptris rubris flauisue: albo maculatis.*

guttato-punctata. 21. C. coleoptris rubris: punctis albis quatuordecim, nigris tribus.
Habitat in Europa.

14-guttata. 22. C. coleoptris rubris: punctis quatuordecim albis. *Fn. suec.* 397.
Linn. loqu. 383. *n.* 10.
Habitat in Europae *Salicibus.*

16-guttata. 23. C. coleoptris rubris: punctis albis sedecim. *Fn. suec.* 399.
Habitat in Europa.

18-guttata. 24. C. coleoptris rubris: punctis albis sedecim: duobus primis lunatis.
Habitat in Suecia.

20-guttata. 25. C. coleoptris rubris: punctis albis viginti. *Fn. suec.* 400.
Habitat in Europa.

oblongo-guttata. 26. C. coleoptris rubris, lineis punctisque albis. *Fn. suec.* 389.
Habitat in Europa.

oblitera-ta. 27. C. coleoptris flauis: punctis quatuor rufis: anticis obsoletis.
Habitat in Europa.

* * * *Coleoptris nigris: rubro maculatis.*

2-pustulata. 28. C. coleoptris nigris: punctis rubris duobus, abdomine sanguineo. *Fn. suec.* 409.
Frisch. inf. 9. *p.* 34. *t.* 16. *f.* 6.
Roes. inf. 2. *scar.* 3. *p.* 10. *t.* 3.
Habitat in Europae *Sorbis; in* America *septentrionali. Kalm.*
Singulum punctum e tribus componitur.

4-pustulata. 29. C. coleoptris nigris: punctis rubris quatuor: interioribus longioribus. *Fn. suec.* 408.
Habitat in Europae *Vrticis, Rubis.*

6-pustulata. 30. C. coleoptris nigris, punctis rubris sex. *Fn. suec.* 407.
Rai. inf. 87. *n.* 4.
Habitat in Europa.

10-pustulata. 31. C. coleoptris nigris: punctis fuluis decem. *Fn. suec.* 404. *Frisch. inf.* 9. *t.* 17. *f.* 4. 5. *List. loq.* 383. *n.* 9. *Rai. inf.* 87. *n.* 15.
Habitat in Europa.

14pustulata. 32. C. coleoptris nigris: punctis rubris quatuordecim. *Fn. suec.* 406.
Vddm. diss. 15. Coccinella coleoptris nigris, maculis decem pallide flauis.
Habitat in Europa.
Maculae aliis flauae, aliis fuluae, aliis rubrae.

16-pustulata. 33. C. coleoptris nigris, punctis fuluis sedecim.
Habitat in Europa.

gigantea. 34. C. coleoptris nigris: punctis fuluis numerosissimis.
Habitat in India. *De Geer.*
Gigas *in hac gente, et Scarabaeo stercorario par, media inter Coccinellas et Chrysomelas.* Corpus *nigrum ouatum.* Thorax *marginatus et emarginatus.* Antennae *clauatae.* Elytra *valde conuexa marginata, punctis, in maculas saepe confluentibus, numerosissimis, rufo-fuluis adspersa.*

* * * * *Coleoptris nigris albo flauoue maculatis.*

pantherina. 35. C. coleoptris nigris: punctis flauis octo.
Habitat in Europa.

tigrina. 36. C. coleoptris nigris: punctis albidis viginti. *Fn. suec.* 405.
Vddm. diss. 11. Coccinella coleoptris nigris, punctis viginti albis.
Habitat in Europa.

176. CHRYSOMELA. *Antennae* moniliformes, extrorsum crassiores. *Thorax*, nec elytra, marginatus.

* *Corpore ouato.*

göttingensis. 1. C ouata atra, pedibus violaceis.
Roes. inf. 2. *scar.* 3. *t.* 5.
Habitat in Germania. *P. Forskåhl.*

2. C.

Tanaceti. 2. C. ouata atra punctata, antennis pedibusque nigris.
Fn. ſuec. 413. Chryſomela atra, punctis excauatis contiguis.
It. gotb. 270.
Habitat in Tanaceto *vulgari.*

haemorrhoidalis. 3. C. ouata nigra nitida, antennis baſi flaueſcentibus, ano ſupra rubro.
Fn. ſuec. 414. Chryſomela nigra glabra, antennarum baſi ſubflaua.
Habitat in Betula Alno.

Graminis. 4. C. ouata viridis nitida, antennis pedibusque concoloribus.
Fn. ſuec. 419. Chryſomela viridi-caerulea.
Habitat in Gramine *pratorum.*

aenea. 5. C. ouata viridis nitida, abdomine poſtice ferrugineo.
Fn. ſuec. 420. Chryſomela viridis nitida, thorace antice excauato.
Habitat in Betula Alno.

Alni. 6. C. ouata violacea, elytris punctis excauatis ſparſis. *Fn. ſuec.* 416.
Habitat in Betula Alno.

Betulae. 7. C. ouata violacea, elytris punctis excauatis ſtriatis. *Fn. ſuec.* 415.
Habitat in Betula *alba.*

haemoptera. 8. C. ouata violacea, alis rubris.
Habitat in Europa.

occidentalis. 9. C. ouata viridi-aenea, pedibus antennisque flauis.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis C. vitellinae.

Padi. 10. C. ouata nigra, elytris apice liuidis.
Habitat in Pruno Pado.
Pulice maior, tota nigra, elytris apice liuidis.

Armoraciae. 11. C. ouata caeruleo-viridis: ſubtus nigra.
Habitat in Cochlearia Armoracia.

Chryſomelae *Larvae conſumunt folia, relictis ſaepe eorum vaſis, pulpa contentae.*

Hypochoeridis. 12. C. ouata aurata, antennis nigris, elytris abbreuiatis.
It. ſcan. 210.
Habitat in Hypochoeridis maculatae *floribus.*

vulgatiſſima. 13. C. oblongo-ouata caerulea, antennis baſi ferrugineis.
Habitat in Europa.
Differt a ſequenti quod maior, non aenea, ſed caerulea et magis oblonga.

vitellinae. 14. C. ouata aenea.
Fn. ſuec. 426. Chryſomela aenei coloris.
Roeſ. inſ. 2. *ſcar.* 3. *p.* 5. *t.* 1.
Habitat in Salicibus glabris Populoque, *folia ſubtus conſumens.*
Dum paſcuntur laruae diſponuntur per lineas parallelas.

Polygoni. 15. C. ouata caerulea, thorace femoribus anoque rufis.
Fn. ſuec. 440.
Reaum. inſ. 3. *t.* 17. *f.* 15.
Habitat in Polygono auiculari, *terreſtris.*

pallida. 16. C. ouata flaueſcens tota, oculis nigris.
Fn. ſuec. 423. Chryſomela pallido-griſea.
Habitat in Salicibus.

ſtaphylaea. 17. C. ouata obſcure teſtacea tota. *Fn. ſuec.* 422.
Habitat in Europa.

polita. 18. C. ouata, thorace aurato, elytris rufis.
Fn. ſuec. 427. Chryſomela viridi-aenea, elytris rubicundis.
Habitat in Salice, Populo.

clauicornis. 19. C. ouata nigra, elytris abdomineque rubris; antennis clauatis.
Habitat in America. *Rolander.*
Facies C. populi. Antennarum caput articulis tribus nigris.

Populi. 20. C. ouata, thorace caeruleſcente, elytris rubris apice nigris.
Fn. ſuec. 428. *It. oel.* 38. Chryſomela nigro caerulea, elytris rubris apice nigris.
Merian. inſ. 14. *t.* 27. *Alb. inſ.* 63. *f. C.*
Habitat in Populo *tremula.*

21. C.

viminalis. 21. C. ouata nigra, thorace bimaculato, elytris teſtaceis.
Fn. ſuec 429. Chryſomela thorace elytrisque rubris.
Habitat in Salicibus.

10-punctata. 22. C. ouata, thorace rubro poſtice nigro, elytris rufis: punctis ſubquinis nigris.
Fn. ſuec. 436. Chryſomela ſupra rufa, thoracis punctis nigris duobus, elytrorum pluribus.
Friſch. inſ. 13. *t.* 28.
β. Chryſomela rubra, elytro ſingulo maculis quinque nigris. *Fn. ſuec.* 1354.
Habitat in Populo *tremula*, Aſparago.

lapponica. 23. C. ouata, thorace viridi, elytris rubris: faſcia inter punctum maculamque lunatam caerulea.
Fn. ſuec. 431. Chryſomela thorace viridi, coleoptris rubris cruce caerulea.
Habitat in Europa.

Boleti. 24. C. ouata nigra, elytris faſciis tribus flauis repandis.
Vddm. diſſ. 4. *t.* 1. *f.* 3. Dermeſtes ater nitens, elytris nigris, faſciis duabus flauis undulatis.
Habitat in Europa.

collaris. 25. C. ouata violacea, thorace marginibus luteo: puncto nigro. *Fn. ſuec.* 417.
Habitat in Salicibus.

ſanguinolenta. 26. C. ouata nigra, elytris margine ſanguineis.
Habitat in Europa.

marginata. 27. C. ouata nigro-aenea, elytris margine luteis.
Habitat in Europa.

marginella. 28. C. oblongo ouata nigro-caerulea, thorace elytrisque margine luteis. *Fn. ſuec.* 437.
Habitat in Europa.

aeſtuans. 29. C. oblongo-ouata rufo-teſtacea, elytris maculis 4 flaueſcentibus alternis.
Habitat in America. *Rolander.*

coccinea. 30. C. ouata, thorace emarginato ſanguineo macula nigra, elytris ſanguineis: maculis duabus nigris.

Vddm. diſſ. 13. Coccinella coleoptris rubris, maculis 4 nigris.
Habitat in Europa.

philadelphica. 31. C. ouata viridis, elytris flauis: punctis vireſcentibus oblongiuſculis, antennis pedibusque ferrugineis.
Habitat in Penſyluania. *C. De Geer.*

americana 32. C. ouata viridi-caeruleſcens, elytris lineis tribus rubris, aliis ſanguineis.
Habitat in America, *lecta inter Coccos officinarum.*
Corpus *totum nitidum, caeruleo-vireſcens, ouale; ſubtus totum piceo-fuſcum.* Caput Thorax et Elytra *nigro viridi-caeruleſcentia.* Elytron *ſingulum pictum lineis 3 longitudinalibus, a baſi ad apicem elytri exaratis; harum interior recta a baſi ad apicem excurrit extima marginalis duplicata.*

ſacta. 33. C. ouata ſupra rufa, thoracis linea punctis duobus elytrorumque ſutura nigris.
Habitat in Palaeſtina. *Haſſelquiſt.*
Linea extima baſi coiens cum intima; intermedia parum flexuoſa ante apicem deſinit; ramulus ruber in medio lineae marginalis antrorſum ſpectans. Alae *ſanguineae.*

minuta. 34. C. ouata nigra, elytris pedibus thoracisque lateribus griſeis.
Habitat in Europae *aquoſis.*
Gerit faciem ſimillimam Dytiſcis, ſed pedes vnguiculati.

* * Saltatoriae *femoribus poſticis craſſiſſimis:*

oleracea. 35. C. ſaltatoria, corpore vireſcenti-caeruleo.
Fn. ſuec. 539. Mordella ſubrotunda atro-caerulea.
Habitat in Europae *cotyledonibus plantarum.*

chryſocephala. 36. C. ſaltatoria, corpore atro-caeruleo, capite pedibusque quatuor anterioribus luteis.
Habitat in Suecia.

Hyoſcyami. 37. C. ſaltatoria, corpore vireſcenti-caeruleo, pedibus teſtaceis, femoribus poſticis violaceis.
Fn. ſuec. 540. Mordella ouata coerulea nitida, tibiis ferrugineis.
Habitat in Hyoſcyamo *nigro.*

38. C.

erythrocephala. 38. C. ſaltatoria, corpore atro-caeruleo, capite geniculisque pedum rufis.
Habitat in Suecia.

Helxines. 39. C. ſaltatoria, corpore viridi-aeneo, antennis pedibusque omnibus teſtaceis.
Fn. ſuec. 539. Mordella atro-aenea ſubrotunda.
Habitat in Polygono Fagopyro.

exſoleta. 40. C. ſaltatoria, corpore flaueſcente, pedibus teſtaceis.
Fn. ſuec. 535. Mordella flaua.
Habitat in Europa.

nitidula. 41. C. ſaltatoria, elytris caeruleis, capite thoraceque aureo, pedibus ferrugineis.
Habitat in Europa.

nemorum. 42. C. ſaltatoria, corpore atro, elytris linea flaua, pedibus pallidis.
Fn. ſuec. 542. Mordella oblonga atra, elytris longitudinaliter in medio flaueſcentibus.
Habitat in Pulmonariis, Dentariis.

rufipes. 43. C. ſaltatoria caerulea obouata, thorace pedibus capite antennisque rufis.
Habitat in Europa.

holſatica. 44. C. ſaltatoria nigra nitida, elytris apice puncto rubro.
Fn. ſuec. 544. Mordella nigra, elytris apice rubris.
Habitat in Europa.

hemiſphaerica. 45. C. ſaltatoria, corpore nigro hemiſphaerico, tibiis piceis.
Habitat in Germania. *P. Forſkäbl.*

ſurinamenſis. 46. C. ſaltatoria flaueſcens, elytris margine faſciaque ſanguineis.
Habitat Surinami, *Rolander.*
Antecedentibus maior. Antennae pedesque pallidi.

S. litera. 47. C. ſaltatoria pallida, elytris nigris: linea longitudinali flexuoſa alba.
Habitat Surinami. *Rolander.*
Linea alba in ſingulo elytro refert S literam, neque haec parua eſt.

Chryſomelae *ſaltatoriae plantarum cotyledonibus et tenellis foliis infeſtae ſunt.*

aequinoctialis. 48. C. ſaltatoria, thorace rubro, elytris violaceis: maculis 4 albis alternis.
Habitat in America. *Rolander.*
Magnitudo Coccinellae bipunctatae. Antennae et Pedes nigri; maculae Elytrorum ſubrotundae.

* * * *Corpore cylindrico.*

tridentata. 49. C. cylindrica, thorace caeruleo, elytris teſtaceis.
Habitat in Lonicera Xyloſteo.

4-punctata. 50. C. cylindrica, thorace nigro, elytris rubris: punctis duobus nigris, antennis brevibus.
Fn. ſuec. 432. Chryſomela oblonga nigra, coleoptris rubris: maculis quatuor nigris.
Habitat in Europa.

2-punctata. 51. C. cylindrica, thorace nigro nitido, elytris rubris: punctis duobus nigris, antennis longis.
Vddm. diſſ. 22. Chryſomela atra, elytris rubris, punctis 4 nigris.
β. Vddm. diſſ. 21. Chryſomela nigra, elytris rubris macula nigra longitudinali.
Gadd. diſſ. 25. Caſſida nigra, elytris flauis nitidis, maculis quatuor nigris, quarum duae poſteriores maiores et quaſi ex duabus aliis connatae.
Habitat in Europa.

Moraei. 52. C. cylindrica, thorace nigro, elytris nigris: maculis duabus rubris marginalibus.
Gadd. diſſ. 28. Caſſida nigra nitida, clypeo caput fere integrum tegente, macula ad apicem et baſin elytrorum lutea.
Habitat in Europa.

nitida. 53. C. cylindrica, thorace caeruleo nitido, elytris caeruleis, pedibus teſtaceis.
Habitat in Europa.

ſericea. 54. C. cylindrica, thorace elytris pedibusque caeruleis.
Fn. ſuec. 418. Chryſomela viridis nitida, thorace aequali, elytris punctis excauatis contiguis.
Habitat in Salicibus.

55. C.

Coryli. 55. C. cylindrica, thorace elytrisque teſtaceis, pedibus nigris.
Habitat in Europa.

Pini. 56. C. cylindrica teſtacea, elytris pallidioribus, pedibus concoloribus, antennis fuſcis.
Habitat in Pino.

bothnica. 57. C. cylindrica atra, thorace linea longitudinali rubra.
Habitat in Weſterbotnia. *D. C. Solander.*
Statura C. cordigerae, ſed atra. Thorax margine antico et linea longitudinali ruber. Caput in fronte macula quadrata rubra.

cordigera. 58. C. cylindrica, thorace variegato, elytris rubris: punctis duobus nigris.
Vddm. diſſ. 23. Chryſomela nigra, elytris ſubflauis punctis quatuor nigris.
Habitat in Europa.
Macula media poſtica thoracis antrorſum biſida eſt.

6-punctata. 59. C. cylindrica, thorace variegato, elytris rubris: maculis tribus nigris.
Habitat in Europa.
Genicula tibiarum puncto albo notata.

10-maculata. 60. C. cylindrica, thorace variegato, elytris flauis punctis quinque nigris.
Habitat in Europa.

obſcura. 61. C. ſubcylindrica, thorace nigro, elytris pedibusque nigris.
Habitat in Europa.
Elytrorum anguli exteriores verſus pectus gibboſiores ſunt, vt in Curculionibus.

* * * * *Corpore oblongo Thorace anguſtiore.*

merdigera. 62. C. oblonga rubra, thorace vtrinque impreſſo. *Faun. ſuec.* 425.
Blank. inſ. 91. *t.* 11. *f.* 3. *Valliſn. nat.* 1. *p.* 265. *t.* 32.
Merian. inſ. 71. *Reaum. inſ.* 3. *t.* 17. *f.* 1. 2.
Habitat in Lilio, Conuallaria.

63. C.

Nymphaeae. 63. C. oblonga fuſca, elytris margine prominulo flaueſcentibus. *Fn. ſuec.* 444.
Habitat in Nymphaeis.

Caprea. 64. C. oblonga, thorace elytrisque griſeis, antennis nigris longis.
Fn. ſuec. 424. Chryſomela nigra, thorace elytrisque griſeis.
Habitat in Salicibus.

4-maculata. 65. C. oblonga, thorace flauo, elytris flauis: maculis duabus nigris remotiſſimis.
Gadd. ſat. 77. Chryſomela fuſco lutea, elytrorum punctis quatuor nigris.
Habitat in Europa.

cyanella. 66. C. oblonga caerulea, thorace cylindrico lateribus gibbis.
Habitat in Europa.

12-punctata. 67. C. oblonga rufa, elytris punctis ſex, pectore pedumque geniculis nigris.
Habitat in Europa.

melanopus. 86. C. oblonga caerulea, thorace pedibusque rufis.
Habitat in Europa.

Phellandrii. 69. C. oblonga nigra, thorace elytrisque lineis duabus luteis. *Fn. ſuec.* 438.
Habitat in Phellandrio *aquatico*.

Aſparagi. 70. C. oblonga, thorace rubro, punctis duobus nigris, elytris flauis: cruce punctisque quatuor nigris. *Faun. ſuec.* 430.
Friſch. inſ. 1. *p.* 27. *t.* 6. *Roeſ. inſ.* 2. *ſcar.* 3. *p.* 11. *t.* 4.
Habitat in Aſparago *officinali*.
Conf. Cancarellum Aſparagi Valliſn. oper. 1. *t.* 7.

Ceraſi. 71. C. oblongiuſcula griſea: oculis nigris. †
Fn. ſuec. 435. Chryſomela liuida, oculis nigris.
Habitat in Europae *Pruno* Pado.

ſulphurea. 72. C. oblonga flaua tota.
Habitat in Norwegia. *D. C. Solander.*

ceruina. 73. C. oblonga liuida.
Habitat in Europa.
Color dorſi conſtat e pilis vix conſpicuis glauco-fuſcis.

74. C.

ceramboides. 74. C. oblonga nigra, elytris teſtaceis, antennis ſerratis.
Habitat in Europa.

murina. 75. C. oblonga nigra, elytris pedibusque teſtaceis.
Habitat in Europa.

hirta. 76. C. oblonga villoſa nigra, elytris teſtaceis.
Habitat in Europa.

inda. 77. C. oblonga cyanea, pedibus longitudine corporis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Magnitudo Scar. ſtercorarii. Elytra laeuia. Pedes longiores quam in reliquis.

elongata. 78. C. elongata atra, thorace rubro ſubuilloſo.
Habitat in Germania. *P. Forſkåhl.*
Haec reliquis longior et admodum anguſta ratione congenerum.

177. CVRCVLIO. *Antennae* ſubclauatae, roſtro inſidentes.
Roſtrum corneum prominens.

* *Longiroſtres femoribus ſimplicibus.*

Palmarum. 1. C. longiroſtris ater, thorace ouato planiuſculo, elytris abbreuiatis ſtriatis. *M. L. V.*
Rumph. herb. 1. *p.* 79, 83. *t.* 17. *f. G.* Coſſus Saguarius.
Pet. gaz. t. 35. *f.* 5. *Merian. ſurin. t.* 48. *f.* 3.
Habitat in Indiae *Palmis.*
Antennae apice quaſi bifariam truncatae.

indus. 2. C. longiroſtris ater, thorace ſubouato excauato-punctato, elytris rugoſo-ſulcatis, tibiis ſpinoſis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Magnitudo praecedentis. Roſtrum apice bilobum.

hemipterus. 3. C. longiroſtris obſcure purpuraſcens, elytris abbreuiatis maculatis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Thorax lineis nigris longitudinalibus.

violaceus. 4. C. longiroſtris violaceus, proboſcide thoracis longitudine. *Fn. ſuec.* 451.
Habitat in Europa.

Alliariae. 5. C. longiroſtris violaceus totus.
Fn. ſuec. 468. Curculio nigro-caeruleſcens.
Habitat in Eryſimo Alliaria *et affinibus.*

cyaneus. 6. C. longiroſtris ater, elytris violaceis, ſcutello albo.
Fn. ſuec. 467.
Habitat in Europa, *inprimis im* Salicibus.

aterrimus. 7. C. longiroſtris ater, elytris nitidis. *Fn. ſuec.* 466.
Habitat in Europa.

Ceraſi. 8. C. longiroſtris ater, elytris opacis oblongis. *Fn. ſuec.* 465. *It. ſcan.* 355.
Habitat in foliis Ceraſi *et* Pyri, *epidermidem exedens, commaculans.*

acridulus. 9. C. longiroſtris piceus, abdomine ouato. *Fn. ſuec.* 463.
Habitat in Europae *plantis tetradynamiae.*

purpureus. 10. C. longiroſtris purpureus nitens. *Fn. ſuec.* 457.
Pet. gaz. t. 22. *f.* 5. Scarabaeus miniatus minimus.
Liſt. loqu. 394.
Habitat in Europa.

frumentarius. 11. C. longiroſtris ſanguineus. *Fn. ſuec.* 475.
Act. Stockh. 1750. *p.* 186. *n.* 1.
Leeuwenh. arc. 168. *aug.* 6. *p.* 83. *f.* 1.
Habitat in Europae *frumento.*

granarius. 12. C. longiroſtris piceus oblongus, thorace punctato longitudine elytrorum. *Fn. ſuec.* 462.
Rai. inſ. 88. Scarabaeus paruus ſordide ſ. obſcure fuluus, proboſcide longa deorſum arcuata.
Habitat frequens in granulis *auenaceis, in mercatorum tabernis frequens.*

dorſalis. 13. C. longiroſtris, elytris rubris: ſutura nigra.
Fn. ſuec. 475. Curculio niger, elytris in medio ruſeſcentibus.
Habitat in Floribus.

14. *C.*

Curculionum *longiroſtrium larvae plaeraeque fructus et ſemina, brevirostrium vero folia conſumunt, variae etiam caules perforant.*

melanocardius. 14. C. longiroſtris cinereus, coleoptris faſcia cordata fuſca. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Macula vtraque elytra combinans literam V refert.

Pini. 15. C. longiroſtris, elytris teſtaceis: faſciis nebuloſis. *Fn. ſuec.* 446.
It. oel. 26. Curculio ſubfuſcus, elytris faſciis duabus teſtaceis.
Pet. gaz. 14. *t.* 8 *f.* 6. Curculio norvegicus.
β. Curculio longiroſtris, elytris macula ferruginea. *Fn. ſuec.* 447.
Habitat in Pini *ſylueſtris cortice et reſina.*
Vidi α *et* β *copula iunctos.*
Hic et 49. *adeo ſimiles vt* ſynonyma *vtrisque communia; eſſe tamen diſtinctos nec ſexu tantum differentes* ſcutellum *pluresque notae ſuadent.*

Rumicis 16. C. longiroſtris griſeus nigro-nebuloſus oblongus, pedibus antennisque ſubfuſcis. *Fn. ſuec.* 454.
Habitat in Rumicibus Lapathis, *folia ſubtus exedendo maculans.*

Lapathi. 17. C. longiroſtris albo nigroque varius muricatus.
Habitat in Rumicibus *Lapathis.*

cupreus. 18. C. longiroſtris obſcure aeneus, ſubtus obſcurior.
Habitat in Europa.

ſcaber. 19. C. longiroſtris cinereus, pedibus rufis, elytris ſcabris.
Habitat in Europa.

T. album. 20. C. longiroſtris ater, abdominis lateribus poſticisque lacteis.
Habitat in Weſterbothnia. *D. Solander.*
Maior pediculo; ad abdominis latera iuxta pectus linea vtrinque alba T literam referens.

Quercus. 21. C. longiroſtris pallide flauus, oculis nigris. *Vddm. diſſ.* 25.
Habitat in Quercus *Roboris foliis, inter venas maiores. ſubcutaneus, folia maculans. Magnitudo Pediculi.*

arator. 22. C. longiroſtris teſtaceus, coleoptrorum ſutura nigra repanda.
Habitat in Suecia. *T. Bergman.*
Thorax obſcurior lineis 3 *flauis. Elytra valde ſtriata et lineis* 3 *nigris plerumque interruptis.*

23. C.

2-punctatus. 23. C. longiroſtris cinereus, elytris macula nigra, tibiis flauescentibus. *Fn. ſuec.* 470.
Habitat in Europa.

4-maculatus. 24. C. longiroſtris nigricans, coleoptris maculis quatuor albidis.
Habitat in Europa.

5-maculatus. 25. C. longiroſtris griſeus, coleoptris maculis quinque albidis.
Habitat in Europa.

pericarpius. 26. C. longiroſtris ſubgloboſus nebuloſus, coleoptris macula cordata alba. *Fn. ſuec.* 461.
Habitat in Scrophulariis *cum ſequente.*

Scrophulariae. 27. C. longiroſtris ſubgloboſus, coleoptris maculis duabus atris dorſalibus.
Fn. ſuec. 460. Curculio ſubgloboſus punctis duobus nigris futurae longitudinalis coleoptrorum, thorace exalbido.
Liſt. loqu. 395. Scarabaeus exiguus cinereus, duabus maculis nigris.
Reaum. inſ. 3. *t.* 2. *f.* 12.
Habitat in Scrophularia, *Verbaſco.*
Larua viſcoſa exedit fructus, ſuosque folliculos ſubſtituit.

vittatus. 28. C. longiroſtris, elytris lineis albis luteisque.
Sloan. iam. 2. *p.* 210. Scarabaeus curculio proboſcide longa deorſum arcuata, elytris faſciis albis et luteis variegatis.
Habitat in Europa.

paraplecticus. 29. C. longiroſtris cylindricus ſubcinereus, elytris mucronatis.
Fn. ſuec. 445. *It. ſcan.* 184. Curculio fuſcus oblongus, elytris rectis acuminatis.
Habitat in Phellandrio, *Sio.*
Larua intra caulem ſaepe ſub aqua haeret. Equis Paraplegiam cauſſari creditur.

algirus. 30. C. longiroſtris ſubcylindricus laeuis fuſcus punctis prominulis adſperſus.
Habitat Algiriae. *E. Brander.*

Sta-

Statura antecedentis; sed postice minus acutus et subcinerascens.

Bacchus. 31. C. longirostris aureus, rostro plantisque nigris.
Habitat in Vite.

Betulae. 32. C. longirostris, thorace antrorsum saepe spinoso, corpore viridi aurato, subtus concolore.
Fn. suec. 456. Curculio caeruleo-viridis nitens, antennis atris.
Habitat in Betula, Alno.
Alter sexus thoracis spinas habet; alter non.

Populi. 33. C. longirostris, thorace antrorsum spinoso, corpore viridi ignito subtus subatro.
Habitat in Populo, Corylo.
Mas thorace utrinque spinoso, Femina vero non.

** *Longirostres, saltatorii femoribus posticis crassis.*

Alni. 34. C. longirostris, pedibus saltatoriis, elytris liuidis: maculis duabus obscuris.
Fn. suec. 473. Curculio liuidus, coleoptris maculis quatuor obscuris.
Habitat in Alno *Betulae.*

Salicis. 35. C. longirostris, pedibus saltatoriis, elytris atris: fasciis duabus albis.
Habitat in Salicis *floribus.*

Fagi. 36. C. longirostris, pedibus saltatoriis, corpore atro, femoribus pallidis. *Fn. suec.* 469. *It. scan.* 111.
Habitat in Fagi *foliis.*

Segetis. 37. C. longirostris, pedibus saltatoriis, corpore piceo, elytris oblongis. *Fn. suec.* 464.
Habitat in agris super spicas.

*** *Longirostres femoribus dentatis.*

Pomorum. 38. C. longirostris, femoribus anticis dentatis, corpore griseo nebuloso. *Fn. suec.* 458.
Frisch. inf. 1. *p.* 32. *t.* 8. Curculio in floribus arborum.
Habitat in Floribus Pomonae.

ouatus. 39. C. longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, corpore ouato nigro albo-maculato.
Habitat in Europa.

carbonarius. 40. C. longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, corpore nigro oblongo, elytris ſtriatis.
Habitat in Europa. *D. C. Solander.*

mucoreus. 41. C. longiroſtris, femoribus quatuor anterioribus dentatis, elytris polline flaueſcentibus ſupra apicem gibboſis. *M. L. V.*
Habitat in India.

puſio. 42. C. longiroſtris, femoribus quatuor poſterioribus dentatis, elytris nigris ſtriatis linea repanda griſea. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Linea griſea repanda in ſingulo elytro longitudinaliter excurrit.

vaginalis. 43. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris ſtriatis: tuberculis ſparſis iuxta apicem mucronatis. *M. L. V.*
Habitat in America, Surinami.
Thoracis foſſula pro roſtro. Elytrorum ſtriae ex punctis cauis villoſis.

ſtigma. 44. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris macula ferruginea. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Foſſula inter pedes pro roſtri receptione, ut in antecedente.

depreſſus. 45. C. longiroſtris, femoribus dentatis, thorace depreſſo lateribus obtuſe angulato. *M. L. V.*
Habitat in America.
Corpus griſeum punctis nigris glabris prominulis.

annulatus. 46. C. longiroſtris, femoribus dentatis, thorace elytrisque faſciis linearibus nigris. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Thorax linea vnica, elytra duabus cinguntur; oculi annulo albo.

diſpar. 47. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris emarginatis rubro-ſtriatis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

Anten-

Antennae filiformes. Corpus nigrum. Femina *roſtro breui valide forcipato.*

anchorago. 48. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris flauo ſtriatis, thorace elongato. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Thorax longitudine ſaepe abdominis, vnde ſtructura ſingularis, et roſtrum longitudine thoracis.

Abietis. 49. C. longiroſtris, elytris fuſcis: faſciis duabus linearibus interruptis griſeis; femoribus dentatis.
Fn. ſuec. 447. *It. oel.* 26. C. ſubfuſcus.
Pet. gaz. 14. *t.* 8. *f.* 6. C. norwegicus.
Habitat in Pini ſylueſtris *Cortice et reſina.*

germanus. 50. C. longiroſtris, femoribus ſubdentatis, corpore ouato nigro punctis teſtaceis adſperſo.
Habitat in Germania. *P. Forſkåbl.*
Inter maximos Europaeos. Roſtrum *craſſiuſculum.* Thorax *ſubrotundus vtrinque punctis* 3 *ferrugineis.* Coleoptra *abdomen tegentia, ouata, nigra punctis ferrugineis adſperſa.* Femora *poſtica obſoletius dentata; anteriora* 4 *mutica cum rudimento dentis. Similis C. pini.*

Nucum. 51. C. longiroſtris, femoribus dentatis, corpore griſeo longitudine roſtri.
Vddm. diſſ. 24. Curculio ouatus griſeus, roſtro filiformi longitudine corporis.
Roeſ. inſ. ſuppl. 385. *t.* 67. *f.* 5. 6.
Habitat in Nucibus Coryli *Auellanae.*

5-punctatus. 52. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris ſutura alba, maculisque duabus.
Habitat in Europa.

hiſpidus. 53. C. longiroſtris, femoribus dentatis, corpore ſulcato adſperſo ſquamis erectis.
Habitat in Europa.

rectiroſtris. 54. C. longiroſtris, femoribus dentatis, roſtro rubro, elytris obſolete faſciatis.
Habitat in Europa.

Pediculatius. 55. C. longiroſtris, femoribus dentatis, corpore rubro, elytris albido-ſubfaſciatis.
Habitat in Europa.

* * * * *Breuiroſtres femoribus dentatis.*

Liguſtici. 56. C. breuiroſtris, femoribus ſubdentatis, abdomine ſubouato murino.
Habitat in Liguſtico Leuiſtico.

Pyri. 57. C. breuiroſtris, femoribus dentatis, aeneo-fuſcus. *Fn. ſuec.* 449.
Fn. ſuec. 455. *It. ſcan.* 355. Curculio viridis opacus, pedibus antennisque magis fuſcis.
Habitat in Pyri *foliis.*

oblongus. 58. C. breuiroſtris oblongus, femoribus dentatis, antennis elytris pedibusque ferrugineis.
Habitat in Suecia. *D. C. Solander.*
Magnitudo Dermeſtis.

argentatus. 59. C. breuiroſtris, femoribus dentatis, corpore viridi argentato. *Fn. ſuec.* 449.
Fn. ſuec. 459. Curculio femoribus omnibus denticulo notatis, corpore viridi oblongo.
Habitat in Europae Vrtica.

ouatus. 60. C. breuiroſtris, femoribus dentatis, abdomine ouato nigro, pedibus antennisque rufis.
Habitat in Europa.

ceruinus. 61. C. breuiroſtris, femoribus dentatis, antennis baſi rufeſcentibus.
Habitat in Europa.

* * * * * *Breuiroſtres femoribus muticis.*

argyreus. 62. C. breuiroſtris, femoribus ſubmuticis, corpore toto viridi-argenteo-aureoque maculato. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Facies C. argentati. Sub femoribus primoribus ſpina obſoleta.

viridis. 63. C. breuiroſtris, femoribus muticis, corpore viridi ſupra obſcuro, ſubtus flauidiore.
Habitat in Europa.
Magnitudo et ſtatura C. Pyri, ſupra totus e viridi fuſcus, ſubtus e flauo viridis, quo colore etiam latera elytrorum lucent. Antennae et Pedes nigri.

64. C.

speciosus. 64. C. breuirostris, femoribus muticis, corpore luteo viridi-nitente, elytris spinis sparsis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Elytra singula in dorso protuberant spinis quinque.

ruficornis. 65. C. breuirostris, femoribus muticis, corpore atro, thorace bituberculato, antennis rubris.
Habitat in Europa.

albinus. 66. C. breuirostris niger, fronte anoque albis, thorace tuberculato.
Vddm. diss. 27. Curculio niger, aculeis thoracis tribus, elytrorum sex.
Habitat in Europa.
Color fere Curculionis Lapathi.

lineatus. 67. C. breuirostris griseus, thorace striis tribus pallidioribus. *Fn. suec.* 450.
Habitat in Europa.

incanus. 68. C. breuirostris cinereus oblongus, elytris obtusiusculis. *Fn. suec.* 452.
Habitat in Europa.

chloropus. 69. C. breuirostris niger, antennis tibiisque ferrugineis.
Habitat in Europa.
Magnitudo Pulicis.

rufipes. 70. C. breuirostris cinereus oblongus, pedibus rufis. *Fn. suec.* 453.
Habitat in Europa.

nebulosus. 71. C. breuirostris oblongus canus, elytris fasciis obliquis nigris.
Fn. suec. 448. Curculio albo nigroque varius, proboscide planiuscula carinata thoracis longitudine.
Frisch. inf. II. *p.* 32. *t.* 23. *f.* 3.
Habitat in Europa.

ater. 72. C. breuirostris oblongus ater, antennis rufis.
Habitat in Europa.

emeritus. 73. C. breuirostris niger, thorace elytrisque spinosis, fronte excauata. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

Facies triſtis aranei. Elytra adſperſa verrucis piloſis. Abdomen multum elytris tectum.

barbarus. 74. C. breuiroſtris ater, thorace ſubſpinoſo, elytris angulo duplici criſpato.
Habitat Algiriae. *Brander.*
Magnitudo fere Scarabaei ſtercorarii. Corpus *totum aterrimum. Caput, Thorax, Pectus, Pedes punctis excauatis adſperſa.* Elytra *coalita vix debiſcunt, ad latera inferiora punctis gibbis adſperſa; ſupra in ſingulo lineae duae eleuatae punctis muricatae.* Thorax *varie excauatus, ad latera quaſi ſpina rotundata vtrinque notabilis.*

cornutus. 75. C. breuiroſtris cinereus, thorace elytrisque ſubſpinoſis, capite cornuto. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Caput angulo vtrinque ſupra antennas et alio vtrinque ſupra baſin; elytra quaſi echinata punctis cum faſciculo pilorum adiecto.

16-punctatus. 76. C. breuiroſtris caeruleſcens, thorace punctis nigris quatuor, coleoptris duodecim. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Magnitudo Crabronis. Caput ſulco notatum. Abdomen etiam ſubtus vna alteraue macula nigra.

granulatus. 77. C. breuiroſtris viridis ſtriatus punctis nigris eleuatis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Magnitudo Scar. ſtercorarii.

abbreuiatus. 78. C. breuiroſtris ſubfuſcus, elytris griſeis: ſtriis atris glabris eleuatis abbreuiatis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Elytra griſeo vellere quaſi obducta, praeter ſtrias et margines.

chinenſis. 79. C. breuiroſtris griſeus, elytris abbreuiatis, antennis pectinatis, podice albo.
Habitat in Piſis *omnis generis*, *e* China *allatis.*

apterus. 80. C. breuiroſtris, pedibus muticis, corpore atro, thorace ſpinoſo, elytris coadunatis, abdomine punctato.
Habitat in India. *De Geer.*

Maxi-

Maximus. Thorax *punctatus cruce quasi inustus.* Abdomen *subtus trifariam rubro punctatum.* Corpus *nigrum.*

178. ATTELABUS. *Caput* postice attenuatum, inclinatum.
Antennae apicem versus crassiores.

Coryli. 1. A. niger, elytris rubris.
Fn. suec. 476. *It. oel.* 153: Curculio niger, elytris rubris, capite postice elongato
Habitat in foliis Coryli, *quae in cylindrum conuoluit et vtrinque claudit.*

surinamensis. 2. A. elytris apice bidentatis.
Habitat Surinami. *Rolander.*
Similis A. pensylvanico, minor A. coryli. Caput et Thorax *nigra.* Antennae *albo fuscoque annulatae.* Pedes *ferruginei: Femora annulo baseos albo.* Elytra *fusca striata, apice bidentata.*

pensylvanicus. 3. A. niger, elytris rubris: fascia media apicisque nigro.
Habitat in Philadelphia. *Kalm.*
Statura praecedentis omnino, sed alius et minor. Caput *depressum, nigrum, postice elongatum, maxillis rufis.* Antennae *filiformes, obtusae, basi flauescentes.* Thorax *oblongus, niger, glaber.* Elytra *rufa, fascia in medio nigra et alia ad apicem.* Pedes *rufi.*

Betulae. 4. A. pedibus saltatoriis, corpore toto atro.
Habitat in Betulae *foliis, quae pulchre crispa rodendo reddit. Rolander.*

formicarius. 5. A. niger, elytris fascia duplici alba basi rubris. *Faun. suec.* 477.
Ionst. inst. . . t. 15. *List. mut. t.* 31. *f.* 1.
Rai. inst. 103. *n.* 29.
Habitat in Europa.

sipylus. 6. A. viridis, elytris fascia duplici flaua interrupta, thorace hirsuto. *M. L. V.*

Habitat in Sipylo. *Hasselquist.*
Statura et magnitudo A. formicarii.

apiarius. 7. A. caeruleſcens, elytris rubris, faſciis tribus nigris.
Swamm. bibl. . . t. 26. f. 3. Roesm. inſ. 6. t. 8. f. 10.
Habitat in Germania. *P. Forſkåhl.*
Facies A. formicarii, ſed duplo maior. Corpus *totum atro-caeruleſcens, ſed Caput et Thorax pilis nigris pubeſcentia. Pectus et abdomen nitidius caeruleſcentia, vt et Femora poſtica, quae longiora.* Elytra *rubra, faſciis tribus margine repandis atris: quarum prima vix marginem lateralem attingit; poſtrema in ipſo apice elytri, caeruleſcens.* Antennae *nigrae, clauatae.*

mollis. 8 A. griſeus pubeſcens, elytris faſciis tribus pallidis.
Vddm. diſſ. 28. t. 1. f. 9. Curculio oblongus ruber, elytris nigris: faſcia triplici albicante.
Habitat in Europa.

Ceramboides. 9. A. ater, elytris rugoſis.
Vddm. diſſ. 26. t. 1. f. 1. Curculio maximus ater oblongus. elytris irregulariter reticulatis.
Habitat in Boleto fomentario.

Bupreſtoides. 10. A. ater, elytris neruoſis, thorace ſubgloboſo.
Fn. ſuec. 554. Bupreſtis ater.
Habitat in Europa.

179. CERAMBYX. *Antennae* attenuatae. *Thorax* ſpinoſus aut gibbus. *Elytra* linearia.

* *Thorace ſpinis lateralibus mobilibus.*

longimanus. 1. C. thorace ſpinis mobilibus, elytris baſi vnidentatis apiceque bidentatis, antennis longioribus.
Sloan. iam. 2. p. 209. Scarabaeus Cupricornus maximus nigricans, faſciis elytrorum coccineis et flauis.
Grew. muſ. 163. t. 13. Merian. ſurin. t. 28.
Vincent. muſ. t. 1. fig. infim. media.
Roeſ. inſ. 2. ſcarab. 2. p. 11. t. 1. f. a.
Habitat in America.
In altero ſexu tibiae anticae longiſſimae, vt in Scar. longimano.

2. C.

trochlearis. 2. C. thorace ſpinis mobilibus, elytris fuſco canoque variis: punctis eleuatis.
Habitat in India. *De Geer.*

* * *Thorace marginato dentibus lateralibus.*

cornicornis. 3. C. thorace marginato dentato, maxillis porrectis corniformibus vtrinque ſpinoſis, antennis breuibus.
Sloan. iam. 2. *t* 237. *f.* 6. *Merian. ſurin. t.* 48.
Roeſ. inſ 2. *ſcarab.* 2. *p.* 12. *t.* 1. *f. B. Pet. gaz. t.* 44. *f.* 8?
Brown. iam. 429. *t.* 44. *f.* 8.
Habitat in America.
Antennae corpore breuiores. Thoracis dentes 3 *validi. Elytra lineata.*

coriarius. 4. C. thorace marginato-dentato, corpore piceo, elytris mucronatis, antennis corpore breuioribus.
Fn. ſuec. 480. Cerambyx niger, thorace planiuſculo: margine vtrinque tridentato, coleoptris piceis.
Roeſ. inſ 2. *ſcarab.* 2. *t.* 1. *f.* 1. 2.
Gadd fit 79. Cerambyx cinereo nigricans, antennis et pedibus rufis.
Habitat in Betulis *putridis.*
Mas vtrinque thorace vnidentato, Femina tridentato.

cinnamomeus. 5. C. thorace marginato denticulato, corpore ferrugineo, elytris mucronatis.
Merian. ſur. t. 24. *f.* 1. 2.
Habitat in America.
Thoracis denticulus lateralis poſticus validior. Elytra *colore cort. cinnamomi.*

feſtiuus. 6. C. thorace vtrinque bidentato, elytris bidentatis viridibus linea lutea.
Habitat in America. *Rolander.*
Thorax *rubro nigroque varius.* Antennae *baſi rubrae, vix corpore longiores.* Elytra *apice bidentata, viridia, ſtria duplici eleuata;* Linea *longitudinalis lutea iuxta marginem exteriorem.*

lineatus. 7. C. thorace marginato dentato, elytris nigris lineis albis, antennis compreſſis breuioribus.
Sloan. iam. 2. *p.* 209. *t.* 237. *f.* 34.
Brow. iam. 430. *t.* 43. *f.* 7.
Habitat in Iamaica.

spinibarbis. 8. C. thorace marginato subcrenulato, capite sub maxillis spinoso scabro, antennis breuibus.
Habitat in America.
Corpus nigrum. Antennae corpore breuiores.

*** *Thorace rotundato, spinis fixis lateralibus mucronato.*

Batus. 9. C. thorace spinoso rugoso, elytris bidentatis, antennis longis vncinato-aculeatis. *M. L. V.*
Mus. petrop. 652. *n.* 154. Capricornus niger cornutus.
Habitat in Indiis.
Antennae articulis 1-5 *subtus aculeo recuruo armatis.*

Rubus. 10. C. thorace spinoso, antennis subtus aculeatis, elytris bidentatis punctis 4 albis.
Habitat in India. *De Geer.*
Magnus. Thorax vtrinque spina fixa, subtus linea alba. Elytra laeuia, basi punctis rugosa, apice bidentata.

ferrugineus. 11. C. thorace spinoso rugoso, elytris fastigatis subferrugineis, antennis longis.
Habitat in India.

Sentis. 12. C. thorace spinoso laeui, elytris fastigiatis biguttatis, antennis subtus aculeatis longioribus.
Habitat in India.
Antennae *corpore sesquilongiores.* Corpus *griseum.* Elytra *antice punctis eleuatis subscabra. Maculae duae albae paruae longitudinales.* Linea *alba ab antennis per latera thoracis et abdominis versus anum ducta.*

farinosus. 13. C. thorace spinoso niger, elytris punctis albis sparsis farinosis.
Merian. surin. t. 24. *f. infima.*
Habitat in America. *De Geer.*

depressus. 14. C. thorace quadrispinoso, dorso depresso, elytris nebulosis: antice punctis eleuatis sparsis.
Habitat in India. *De Geer.*

glaucus. 15. C. thorace quinquespinoso glaucus, elytris muricatis latere fasciaque nigris, antennis longioribus.
Habitat in America. *Rolander.*
Insectum *supra albido-glaucum, subtus fuscum.* Thorax *supra spinis* 4 *et quinto in medio posterius.* Elytra *trun-*

truncata, vnidentata, antice echinato-muricata, lateribus nigrâ cum lineola, poſtice quaſi faſcia elytra ſecante. Antennae *corpore vix duplo longiores.*

lamed. 16. C. thorace ſpinoſo pubeſcente, elytris faſtigiatis liuidis, faſcia obſcura longitudinali ſiexuoſa, antennis breuioribus.
Fn. ſuec. 498. Leptura nigra, elytris nigricante liuidoque variis.
Habitat in Europa.

nebuloſus. 17. C. thorace ſpinoſo, elytris faſtigiatis punctis faſciisque nigris, antennis corpore longioribus. *Fn. ſuec.* 483. *It. gotl.* 273.
Habitat in Abietum *truncis.*

hiſpidus. 18. C. thorace ſpinoſo, elytris ſubpraemorſis, punctisque tribus hiſpidis, antennis hirtis longioribus.
Fn. ſuec. 484. *t.* 1. Cerambyx cinereus, elytris praemorſis nigris faſciaque alba, antennis ſeſquilongioribus.
Habitat in Europa.

deſertus. 19. C. thorace ſpinoſo albo-linearo, elytris bidentatis albo faſciatis, antennis longioribus. *M. L. V.*
Habitat in America.
Thorax lineis 5 albis, quarum laterales ſub thoracis margine ſunt.

ſuccinctus. 20. C. thorace biſpinoſo rugoſo, elytris faſtigiatis faſcia flaua, antennis longioribus compreſſis. *M. L. V.*
Habitat in America.

virens. 21. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis, corpore viridi, antennis longioribus, femoribus vnidentatis. *M. L. V.*
Sloan. iam. 2. . . *t.* 237. *f.* 39. 40.
Brown. iam. 430. *t.* 43. *f.* 8.
Habitat in India.

moſchatus. 22. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis viridibus nitentibus, femoribus muticis, antennis mediocribus.
Fn. ſuec. 478. Cerambyx viridi caeruleſcens, antennis corpus ſubaequantibus.

Mouff.

Cerambycis *Larvae Ligna rodunt, perforant, penetrant.*

Mouff. inf. 133. *f. vltima.* *Friſch. inf.* 13. *t.* 11.
Rai. inf. 31. *n.* 17.
Habitat in Europa.

alpinus. 23. C. thorace ſpinoſo, coleoptris obtuſis faſcia maculisque quatuor atris, antennis longis.
It. ſcan. 260. Cerambyx ſubcaeruleſcens, faſcia maculisque 4 nigris.
Ionſt. inf. t. 15. *f.* 3. *Rob. ic.* 8.
Scheuch. itin. 1. *t.* 1. *f.* 5.
Habitat in Helueria.

aedilis. 24. C. thorace ſpinoſo: punctis quatuor luteis, elytris obtuſis nebuloſis, antennis longiſſimis.
Fn. ſuec. 479. *It. oel.* 8. Cerambyx nebuloſus, antennis corpore longioribus, thoracis punctis quatuor luteis.
Pet. gaz. t. 8. *f.* 8. Capricornus ruſticus.
Mouff. inf. 151. *f.* 2. *Friſch. inf.* 13. *t.* 12.
Habitat in truncis arborum Europae.

ſutor. 25. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis atris ſubnebuloſis, ſcutello pallido, antennis longiſſimis.
Fn. ſuec. 482. Cerambyx ater, elytris punctatis maculis pallidis ſparſis, antennis corpore longioribus; thorace ſpinoſo.
Gadd diſſ. 27. Cerambyx nigro nebuloſus, ſcutello pallido, elytris fuſco aeneis.
Habitat in Europa.

cerdo. 26. C. thorace ſpinoſo rugoſo nudo, corpore nigro, antennis longis: articulis quatuor primis clauatis.
Habitat in Italia. *M. Kaebler. in* Germania. *Forſkåhl.*
Statura praecedentis; corpus et artus nigra. Elytra apice pallidiora ſ. picea. Antennae corpore longiores: articulis 4 primis breuioribus clauatis ſ. apice rotundatis; reliquis compreſſis.

textor. 27. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis conuexis atris, antennis mediocribus.
Vddm. diſſ. n. 29. Cerambyx ſordide niger, punctis eleuatis ſparſis, antennis craſſis corporis longitudinem ſubaequantibus.
Habitat in Europa.

28. C.

fuligi-nator. 28. C. C. thorace ſubſpinoſo niger, elytris cineraſcentibus, antennis breuioribus.
Habitat in Germania. *P. Forſkåhl.*
Minor Ape; totus ater. Antennae *vix corporis longitudine.* Thorax *rotundatus, parce ſpinoſus.* Elytra *mutus acuta, rore cinereo ſordido inquinata.*

coquus. 29. C. thorace ſubſpinoſo hirſuto, elytris obtuſis ſulcatis atris antice ferrugineis, antennis mediocribus.
Habitat in Canada. *Kalm.*
Spinae thoracis villoſi potius digitis quam oculis obſeruantur.

curſor. 30. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.
Fn. ſuec. 481. Cerambyx rufus, coleoptrorum lineis tribus nigris longitudinalibus.
Habitat in Europa.

kaehleri. 31. C. thorace ſpinoſo niger, thorace elytrisque macula magna nigra.
Habitat in Italia. *M. Kaehler.*
Magnitudo media. Corpus *et artus nigra.* Thorax *ſanguineus macula in tergo magna, rotundata, nigra.* Elytra *ſanguinea: macula magna, ouali, nigra, vtroque elytro communi, a medio ad apices fere extenſa.* Femora *apice emarginata, acuta.* Antennae *vix corporis longitudine.*

inquiſitor. 32. C. thorace ſpinoſo, elytris nebuloſis fuſco ſubfaſciatis, antennis corpore breuioribus.
Fn. ſuec. 485. Cerambyx cinereus nigro nebuloſus, antennis corpore dimidio breuioribus, thorace ſpinoſo.
Friſch. inſ. 13. *t.* 14.
β. Fn. ſuec. 486. Cerambyx cinereus, coleoptris faſciis duabus flauis, antennis corpore dimidio breuioribus, thorace ſpinoſo.
Habitat in Europa.

fur. 33. C. thorace ſpinoſo gibboſo, coleoptris ouatis: faſcia duplici albida, antennis filiformibus mediocribus.
Fn. ſuec. 487. Cerambyx teſtaceus, elytrorum faſcia duplici albida, thorace ſpinoſo.

Habi-

Antennae *Breues, quae corpore breuiores; Mediocres quae longitudine corporis; Longae quae corpore longiores ſunt, nobis dicuntur.*

Habitat in herbariis, *insectorum collectionibus, auibus exsiccatis, pellibus, vtensilibus, culinis, pessimus nobis hospes.*
Genere anceps ob Antennas filiformes et quod caput Dermestis more intra thoracem retrahat incuruatum.

* * * * *Thorace inermi subcylindrico.*

carcharias. 34. C. thorace mutico cylindrico, corpore griseo nigro punctato, antennis mediocribus. *Fn. suec.* 493.
Goed. inf. 2. *t.* 51. *Lisl. goed. f.* 106.
Pet. gaz. t. 2. *f.* 1.
Habitat in Europa.

scalaris. 35. C. thorace mutico cylindrico, coleoptris linea flaua dentata punctisque flauis, antennis mediocribus. *Faun. suec.* 494.
Habitat in Europa.
Variat linea caeruleſcente loco flauae.

populneus. 36. C. thorace mutico cylindrico flauo-lineato, elytris punctis quatuor flauis, antennis mediocribus.
Gadd. sat. 79. Cerambyx fusco cinereus, antennis nigro alboque variegatis, elytrorum punctis octo luteis.
Habitat in Europa.

cylindricus. 37. C. thorace mutico cylindrico linea albida, elytris fastigiatis nigris, pedibus anticis pallidis.
Roes. inf. 2. *scarab.* 2. *t.* 3.
Habitat in Europa.
Antennae vix corpore longiores.

oculatus. 38. C. thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris.
Vddm. diss. 31. Cerambyx ferrugineo-rufus, elytris nigro cinereis punctis excauatis nigris.
Habitat in Europa.
Antennae mediocres.

zonarius. 39. C. thorace mutico cylindrico rugoso, antennis longioribus, elytris obtusis fuscis: fascia lineari albida.
M. L. V.
Habitat in America.

* * * * *

* * * * * *Thorace inermi ſubrotundo ſ. ex globoſo depreſſo.*

ferraticornis. 40. C. thorace mutico ſubouali, corpore lurido fuſco, antennis compreſſis ſerratis mediocribus.
Habitat in Europa.

ruſticus. 41. C. thorace mutico ſubrotundo nudo, corpore lurido, antennis breuioribus ſubulatis.
Fn. ſuec. 492. Cerambyx fuſcus, punctis thoracinis impreſſis.
Habitat in Europa.

femoratus. 42. C. thorace inermi ſubrotundo, corpore atro, femoribus rubris, antennis mediocribus.
Habitat in Germania.
Sequenti dimidio minor, anguſtior; ſola femora rubra. Antennae vix corporis longitudine.

violaceus. 43. C. thorace mutico ſubrotundo, corpore violaceo, antennis mediocribus.
Fn. ſuec. 495. Cerambyx violaceus nitens, antennis nigris, femoribus clauatis.
Gadd. diſſ. 28. Cantharis nigra, thorace rotundato, elytris caeruleſcentibus.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 1.
Habitat in Europa.

auratus. 44. C. thorace dente laterali depreſſo viridi-inauratus, antennis nigris, femoribus poſticis caeruleis.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis C. *violaceo.* Caput *et* Thorax *viridi-inaurata.* Dens thoracis *vtrinque poſtice a baſi ſinu excauatus.* Elytra *rubro-viridi-aurata.* Antennae *nigrae, vix corpore longiores.* Abdomen *et totum corpus ſubtus viridi-aeneum.* Pedes *purpurei: Femora poſtica caerulea.*

ſtigma. 45. C. thorace ſubmutico ſubrotundo excauato punctato, corpore atro, elytris laeuibus: ſtigmate albo.
Habitat in America. *Rolander.*
Totus *niger. Thorax hemiſphaericus, ſubmarginatus, punctis numeroſis excauatus, poſtice ad angulum lateralem vix dentibus duabus vtrinque excauatus.* Scutellum *laeue, longius quam in reliquis.* Elytra *laeuia. nigra,*

nigra, fingula pone fcutellum lineola extrorfum obliqua alba.

ſtriatus. 46. C. thorace mutico ſubrotundo, corpore nigro, elytris ſtriatis, antennis breuibus.
Habitat in Europa.

teſtaceus. 47. C. thorace mutico ſubrotundo glabro, corpore teſtaceo, antennis mediocribus. *Fn. ſuec.* 491.
Habitat in Europa.

baiulus. 48. C. thorace mutico ſubrotundo villoſo, tuberculis duobus, antennis breuibus.
Fn. ſuec. 489. Cerambyx nigricans, thorace villoſo cinereo, punctis duobus glabris.
Friſch inſ. 13. *t.* 10.
β. Fn. ſuec. 490. Cerambyx teſtaceus, thorace villoſo cinereo lineolis duabus glabris.
Habitat in Europa; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

fennicus. 49. C. thorace mutico ſubrotundo tuberculis ſubferrugineo obſoletis, elytris violaceis, antennis longiuſculis.
Vddm diſſ. 33. Cerambyx elytris nigro caeruleis apice abdominis ferrugineo.
Habitat in Europa.

vndatus. 50. C. thorace mutico ſubrotundo tuberculato, elytris faſciis duabus vndulatis, antennis ſubmediocribus. *Fn. ſuec.* 488.
Habitat in Europa.

ſanguineus. 51. C. thorace mutico ſubrotundo elytrisque ſanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus.
Habitat Vpſaliae *in parietibus. Iſac. Vddman.*
Statura omnino C. Baiuli, at Thorax ſupra Scutellum. Elytra, Anus omnino ſanguinea, tomento vix conſpicuo; reliqua atra. Thorax ſupra magis lateribus depreſſus, quam baiulus.

caſtaneus. 52. C. thorace mutico ſubrotundo, corporeque nigro, elytris antennis pedibusque ferrugineis, antennis breuioribus.
Habitat in Suecia.
Magnitudo C. vndati, ſed paulo anguſtior. Femora poſtica nigra. Latera thoracis parum rubra. Antennae corpore breuiores. Affinis C. ruſtico, ſed minor.

180. LE-

180. LEPTVRA. *Antennae* ſetaceae.
Elytra apicem verſus attenuata.
Thorax teretiuſculus.

* *Thorace ouato ſ. antrorſum oblongiuſculo anguſtiore. Elytris apice truncatis.*

aquatica. 1. L. deaurata, antennis nigris, femoribus poſticis dentatis. *Fn. ſuec.* 509.
Rai. inſ. 100. Cantharis arundines frequentans.
β. Leptura ſubaeneo-violacea, femoribus poſticis dentatis. *Fn. ſuec.* 510.
Habitat in plantis aquaticis, *Nymphaeis*, *Caricibus*, Phellandrio, *cuius radici adhaeret pupa intra globum brunneum.*

melanura. 2. L. nigra, elytris rubeſcentibus liuidisue apice nigris. *Fn. ſuec.* 499.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 6. Scarabaeus arboreus maior violaceo ruber.
Rai. inſ. 499. Cerambyx niger, elytris flauis extremitatibus nigris.
Pet. gaz. t. 30. *f.* 5. Capricornus exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.
Gadd. diſſ. 27. Leptura thorace nigro nitido, elytris obſolete ſordideque flaueſcentibus.
Habitat in Europa.

rubra. 3. L. nigra, thorace elytris tibiisque purpureis. *Fn. ſuec.* 500.
Fn. ſuec. 497. Leptura nigra, thorace elytrisque rufis.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 6. Scarabaeus arboreus maior purpureo-ruber.
Habitat in Europa.

virens. 4. L. viridi-flaua, antennis luteo viridique variis. *Faun. ſuec.* 496.
Habitat in Europa.

ſericea. 5. L. viridi-caerulea, elytris ſubfaſtigiatis.
Habitat in Europa.

4-maculata. 6. L. nigra, elytris liuidis: maculis quatuor nigris. *Fn. ſuec.* 502.
Habitat in Europa.

meridiana. 7. L. nigra, abdomine pedibus baſique elytrorum flauis.
Habitat in Germania. *Forſkåhl.*
Statura L. melanurae, ſed maior; baſis antennarum rufa. Articuli pedum apice nigri. Elytrorum apices praemorſi.

interrogationis. 8. L. nigra, elytris liuidis: faſcia longitudinali arcuata maculisque quatuor nigris.
Vdd. diſſ. 35. *t.* 1. *f.* 2. Leptura nigra, elytris fuſco flauis: maculis octo nigris.
Habitat in Europa.

6-maculata. 9. L. nigra, coleoptris teſtaceis: maculis ſex nigris margine connexis. *Fn. ſuec.* 504.
Habitat in Europa.

4-faſciata. 10. L. nigra, elytris teſtaceis, faſciis quatuor nigris. *Fn. ſuec.* 505.
Habitat in Europa.

attenuata. 11. L. elytris faſtigiatis attenuatis fuluis: faſciis quatuor nigris, pedibus teſtaceis.
Habitat in Europa.

nigra. 12. L. elytris faſtigiatis, corpore nigro nitido, abdomine rufo.
Habitat in Europa.

* * *Thorace ſubgloboſo, nec antice attenuato. Elytris apice obtuſis, nec truncatis.*

virginea. 13. L. thorace globoſo nigro, elytris violaceis, abdomine rufo.
Gadd. diſſ. 26. Leptura nigra, elytris caeruleſcentibus, toto abdomine rubro.
Habitat in Europa.

collaris. 14. L. thorace globoſo abdomineque rubris, elytris nigris.
Habitat in Europa.

ruſtica. 15. L. thorace globoſo tomentoſo, elytris cinereis: faſciis linearibus albidis vndatis.
Habitat in Europa.

myſtica. 16. L. thorace globoſo tomentoſo, elytris fuſco-cinereis antice rufis: faſciis linearibus arcuatis lataque canis.
Habitat in Europa.

17. L.

necydalea. 17. L. thorace subgloboso, elytris subulatis mucronatis glauco-aureis.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis L. aquaticae. Elytra *attenuata et vere subulata, glaberrima, glauco-flauescentia, margine purpurascente.* Caput *nigrum.* Antennae *filiformes, nigrae, corpore* $\frac{1}{2}$ *breuiores.* Femora *clauata.* Abdomen *nigrum, teres vt ichneumoni, incisuris margine albis.*

detrita. 18. L. thorace globoso nigricante, elytris fuscis: fasciis quatuor transuersis flauis, pedibus rufis.
Vddm. diss. 31. Cerambyx ferrugineo rufus, elytris nigro cinereis punctis excauatis nigris.
Habitat in Europa.

arcuata. 19. L. thorace globoso nigro, elytris nigris: fasciis linearibus flauis: tribus retrorsum arcuatis, pedibus ferrugineis.
Frisch. inf. 12. *t.* 3. *ic.* 4. *f.* 1. Scarabaeus arboreus luteo pictus.
Vddm. diss. 30. Cerambyx nigris elytris: fasciis 4 flauis arcuatis.
Habitat in Europa.

arietis. 20. L. thorace globoso nigro, elytris nigris: fasciis flauis: secunda antrorsum arcuata, pedibus ferrugineis.
Fn. suec. 507. Leptura nigra, elytrorum lineis transuersis flauis, pedibus testaceis.
Rai. inf. 82. *n.* 22. Scarabaeus niger, lineolis luteis pulchre variegatus.
Frisch. inf. 12. *t.* 3. *ic.* 5. *f.* 3. *List. mut. t.* 31. *f.* 1.
Habitat in Europa.

praeusta. 21. L. thorace subgloboso fusco, elytris flauis: apice nigris, pedibus quatuor pallidis.
Fn. suec. 506. Leptura nigra, elytris flauis apice nigris.
Habitat in Europa.

linearis. 22. L. thorace ouato, corpore cyaneo lineari, antennis longioribus. *M. L. V.*
Habitat in India.
Antennae corpore sesquilongiores. Variat *femoribus clauatis et linearibus.*

181. CANTHARIS. *Antennae* setaceae.
Elytra flexilia.
Thorax planiusculus.
Abdominis latera plicato-papillosa.

* *Clypeo semiorbiculato, antice rotundato. Femina aptera.*

Noctiluca. 1. C. oblonga nigra, thorace testaceo margine laterali nigro. *Fn. suec.* 584.
Aldrov. inf. 492. *Column. ecphr.* 1. *f.* 38. *t.* 36.
Mouff. inf. 109. *f.* 1. 2. *Ionst. inf. t.* 14. *f.* 2.
Rai. inf. 78. 79. *Brädl. nat.* 26. *f.* 3.
Vddm. diss. 47.
Habitat in Europae iuniperetis *graminosis.*
Corpus nigrum. Elytra punctis excauatis, vix conspicuis. Thorax testaceus totus.

Pyralis. 2. C. oblongiuscula fusca, elytris margine rufescentibus, thoraceque intra marginem purpurascente.
Habitat in America *septentrionali.*

Lampyris. 3. C. ouata, elytris fuscis: macula marginali triangulari flaua.
Habitat in America. *Rolander.*
Clypeus *thoracis flauus; macula fusca in fronte.* Elytra *fusca, macula flaua in medio marginis lateralis.*
Anus *subtus apice flauus.*

ignita. 4. C. ouata, elytris fuscis: macula marginali ouata lutea.
Habitat in America. *Rolander.*
Clypeus *antice maculis* 2 *fuscis.* Corpus *fuscum.* Alae *nigrae.* Abdomen *totum subtus flauum.*

lucida. 5. C. oblonga, elytris fuscis margine exteriore luteis, abdomine toto subtus flauo.
Habitat in America.
Simillima C. noctilucae, sed pallidior, et Abdomen *totum flauum.* Antennae *et* Caput *nigra.*

phosphorea. 6. C. oblonga subtestacea, abdomine atro: postice flauissimo.
Habitat in America. *Rolander.*
Abdominis *segmenta duo vltima flauissima, porisque duobus pertusa.* Antennae *nigrae.*

7. C.

mauritanica. 7. C. elyttis liuidis, corpore flauo.
Habitat in Algiria. *E. Brander.*
Duplo maior prima. Clypeus ſ. thorax, Pectus, Abdomen obſolete flaua. Elytra exolete ſubfuſca. Femina ſ. Aptera triplo maior noſtrate cum puncto flauo ad angulum anteriorem cuiusuis ſegmenti corporis.

chinenſis. 8. C. elytris teſtaceis apice nigris. *Osb. iter.* 224. *
Habitat in Aſia.

italica. 9. C. elytris fuſcis, thorace rufo: medio nigro.
Habitat in Italia. *I. Rathgeb. Equ.*
Minor reliquis. Fuſca ſunt Elytra, Caput, Antennae, Abdomen, exceptis 2 vltimis ſegmentis flauis. Thorax ruſus medio macula nigra. Pectus, et Pedes lutei. Femina nigra, ſingulo ſegmento ſupra ad angulum marginalem macula teſtacea; in ſegmentis tribus primis maioribus.

* * *Clypeo planiuſculo vtrinque truncato ſ. quadrato: lateribus rotundatis marginatis.*

fuſca. 10. C. thorace marginato rubro macula nigra, elytris fuſcis. *Fn. ſuec.* 586. *It. oel.* 38.
Rai. inſ. 84. *n.* 29. *et* 101. *n.* 2.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *icon.* 6. *f.* 5.
Habitat in Europa *frequens.*
Saeuit ſaepe in propriam ſpeciem.

liuida. 11. C. thorace marginato, tota teſtacea.
Fn. ſuec. 585. C. elytris teſtaceis, thorace rubro immaculato.
Rai. inſ. 84. *n.* 26. Cantharus ſepiarius maior e rufo flauicans.
Habitat in Europa.

rufa. 12. C. thorace marginato, tota rufa, epigaſtrio alisque nigris.
Habitat in Europa.

ſanguinea. 13. C. thorace marginato: macula nigra, tota rubra, elytris ſanguineis.
Fn. ſuec. 587. Cantharis elytris rubris, thorace rubro macula nigra.

* Cantharidis *Larvae, exceptis primis parentum ſimilibus, etiamnum ignotae.*

Rai. inf. 101. *n.* 4. *Frisch. inf.* 12. *t.* 3. *ic.* 7. *f.* 2.
Habitat in Europa.

obscura. 14. C. thorace marginato marginibus rubris, elytris nigris.
Habitat in Europa.
Similis C. fuscae, sed duplo minor; abdominis ultima segmenta subtus non rubra, sed nigra, quamuis latera segmentorum rufa. Thorax non rufus macula media fusca, sed niger solis marginibus lateralibus rubris.

lateralis. 15. C. thorace marginato rubro, corpore fusco, elytris margine exteriore flauescentibus.
Habitat in Europa.

aenea. 16. C. thorace marginato, corpore viridi-aeneo, elytris extrorsum vndique rubris. *Fn. suec.* 588.
Rai. inf. 77. Scarabaeus minor, corpore longiusculo, elytris rubicundis.
Schaeff. monogr. 1754. *t.* 2. *f.* 10, 11.
Habitat in Europa.

bipustulata. 17. C. thorace marginato, corpore aeneo-viridi, elytris apice rubris. *Fn. suec.* 589. *It. oel.* 127.
Rai. inf. 101. *n.* 7.
Habitat saepe in Caricibus, *Larua rapax minorum insectorum.*

pedicularia. 18. C. thorace marginato, corpore atro, elytris apice rubris.
Habitat in Europa.
Pediculo aequalis, quater minor praecedente.

fasciata. 19. C. thorace marginato virescente, elytris nigris: fasciis duabus rubris. *Fn. suec.* 590.
Habitat in Europa.

biguttata. 20. C. thorace marginato atro, elytris nigris apice flauis.
Fn. suec. 591.
Habitat in Europa.

minima. 21. C. thorace marginato rufo macula nigra, corpore fusco, elytris apice flauis. *Fn. suec.* 592.
Fn. suec. 598. Necydalis elytris apice puncto flauo.
Habitat in Europa.

22. C.

teſtacea. 22. C. thorace marginato flauo macula nigra, corpore nigro, elytris pedibusque liuidis.
Fn. ſuec. 593. Cantharis nigra, elytris liuidis.
Habitat in Europa.

pectinata. 23. C. atra, clypei lateribus baſique exteriore elytrorum luteis, antennis pectinatis.
Habitat in America. *Rolander.*
Antennae *atrae, pectinato-ſerratae.* Elytra *atra, ſtriata punctis excauatis.*

ſerrata. 24. C. flaueſcens, elytris ſtriatis: faſciisque tribus nigris, antennis ſerratis.
Habitat in America. *Rolander.*
Antennae *compreſſae, ſerratae, nigrae, longitudine corporis.*

tropica. 25. C. thorace marginato lateribus rubro, elytris nigris faſcia alba, antennis pectinatis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Elytra lata, ſubmembranacea, apicem verſus lateriora et rotundata.

pectinicornis. 26. C. thorace orbiculato, elytris rufo-teſtaceis, antennis pectinatis.
Habitat in Europa.

* * * *Thorace teretiuſculo.*

caerulea. 27. C. thorace teretiuſculo, corpore caeruleo.
Habitat in Europa.

viridiſſima. 28. C. thorace teretiuſculo, corpore viridi.
Habitat in Europa.
Haec dimidio praecedenti minor, cum qua conuenit figura thoracis ſubcylindrica ad Cicindelas accedente, ſed neque oculi prominentes, neque maxillae exſertae, neque curſus celer et expeditus.

naualis. 29. C. thorace teretiuſculo, corpore luteo, elytris margine apiceque nigris.
It. Wgoth. 153. *t.* 2.
Habitat intra Quercus *lignum.*

melanura. 30. C. thorace rotundato, corpore luteo, elytris apice nigris.
Habitat in Europa.

182. ELATER. *Antennae* setaceae.
Corpus dorso impositum exsiliens mucrone thoracis e foramine abdominis resiliente.

oculatus. 1. E. thorace ocellis binis atris: iridibus albis, corpore nigricante. *M. L. V.*
Pet. gaz. t. 10. *f.* 4. Scarabaeus elasticus maior, capite bimaculato.
Act. anglic. 246. *p.* 396. *n.* 13. *et* 271. *p.* 842. *n.* 32.
Habitat in America *septentrionali.*

noctiluc- 2. E. thoracis lateribus macula flaua glabra. *M. L. V.*
cus. *Sloan. iam.* 2. *p.* 206. *t.* 237. *f.* 1. Scarabaeus medius fuscus, thorace angulato lucem emittente.
Brown. iam. 432. *t.* 44. *f.* 10. Elater maior fuscus phosphoricus.
Habitat in America.
Thoracis ocellis noctu lucet vti Cantharis noctiluca et Cicada laternaria.

phospho- 3. E. fuscus, thorace postice maculis duabus flauis glabris.
reus. *Habitat in* America. *Rolander.*
Similis praecedenti, sed dimidio minor. Antennae *setaceae.* Elytra *pilis adpressis fusca, striata.* Maculae *s. puncta lutea thoracis, non ad latera, sed intra marginem posticum s. inter dentes thoracis posticos, noctu etiam lucent.*

brunneus. 4. E. thorace nigro vtrinque rufo, elytris corporeque ferrugineis.
Habitat in Europa.

syriacus. 5. E. thorace rufo, elytris fascia duplici alba, corpore nigro. *M. L. V.*
Habitat in Syria. *Hasselquist.*

cruciatus. 6. E. thorace nigro lateribus ferrugineis, coleoptris flauis: cruce nigra margineque nigro.
Habitat in Europa.

linearis. 7. E. thorace nigro lateribus rufis, elytris testaceis linearibus.

In.

Fn. ſuec. 582. Elater thorace rubro, elytris griſeis.
Vddm. diſſ. 46. Elater cantharifformis niger, ano rufo, elytris ex rufo pallide fuſcis ſtriatis.
Habitat in Europa.

ruficollis. 8. E. thorace rubro nitido antice nigro, elytris corporeque nigris.
Fn. ſuec. 576. Elater niger, thorace rubro.
Habitat in Europa.

meſomelus. 9. E. thorace margineque elytrorum ferrugineis, corpore elytrisque nigris.
Habitat in Europa.
Antecedenti paulo maior. Pectus in medio nigrum. Anus flauus. Thorax rugis aliquot impreſſis.

caſtaneus. 10. E. thorace teſtaceo pubeſcente, elytris flauis apice nigris, corpore atro. *Fn. ſuec.* 573.
Liſt. loqu. 387. Scarabaeus ex fuſco rufeſcens ſ. caſtaneus.
Habitat in Europa.

ferrugineus. 11. E. corpore toto ferrugineo.
Habitat in Suecia.
Reliquis noſtratibus maior, Thorace *obſcure ferrugineo.* Antennae *ferratae, thorace paullo longiores.*

ſanguineus. 12. E. thorace atro, elytris rubris, corpore nigro. *Faun. ſuec.* 574.
Habitat in Europa.

balteatus. 13. E. thorace atro, elytris antice dimidiato-rubris, corpore nigro. *Fn. ſuec.* 580.
Rai. inſ. 78. *n.* 13. Scarabaeus minor, longo et anguſto corpore, elytris bicoloribus e fuluo et nigro, ſaltatrix.
Habitat in Europa.

marginatus. 14. E. thorace ſubfuſco, elytris teſtaceis margine vndique nigris.
Habitat in Europa.

ſputator. 15. E. thorace fuſco nitido, elytris teſtaceis, corpore nigro.

Elateris *Larvae etiamnum latent.*

Fn. fuec. 583. Elater niger elytris fuſcis, antennis pedibusque rufis.
Habitat in Europa.

obſcurus. 16. E. thorace fuſco obſcuro, elytris obſcure teſtaceis.
Habitat in Europa.
Simillimus praecedenti, ſed latior antennisque brevioribus.

triſtis. 17. E. thorace atro nitido, elytris baſi margineque exteriore lividis.
Habitat in Europae *lignis putridis.*

faſciatus. 18. E. thorace nigricante, elytris nigricantibus: faſcia alba vndulata.
Habitat in Europa.

murinus. 19. E. thorace obſcure cinereo, elytris cinereo-nebuloſis, plantis rufis.
Habitat in Europa.

teſſellatus. 20. E. thorace obſcure aeneo, elytris fuſcis: maculis pallidioribus confertis, vnguibus rubris.
Gadd. ſat. 80. Elater niger, pilis minimis flauo-aeneis iunctim intermixtus.
Habitat in Europa.

aeneus. 21. E. thorace elytrisque caeruleſcenti-aeneis, pedibus ſanguineis.
Fn. ſuec 578. Elater viridi-aeneus, pedibus fuluis.
Habitat in Europa.

pectinicornis 22. E. thorace elytrisque aeneis, antennis pectinatis.
Fn. ſuec. 575. Elater fuſco-viridi-aeneus.
Liſt. loqu. 387. *mut. t.* 17. *f.* 14. Scarabaeus nigro-vireſcens, corniculis altero tantum verſu pectinatis.
Habitat in Europa.

niger. 23. E. thorace elytris pedibus corporeque nigris.
Fn. ſuec 577. Elater totus nigro-fuſcus.
Habitat in Europa.

minutus. 24. E. thorace nigro nitido, elytris nigris obſcuris.
Habitat in Europa.
Magnitudo vix dupla Pediculi.

183. CICINDELA. *Antennae* setaceae.
Maxillae prominentes, denticulatae.
Oculi prominuli.
Thorax rotundato-marginatus.

campestris. 1. C. viridis, elytris punctis quinque albis. *Fn. suec.* 548. *Mouff. inf.* 145. *f. infima:* *Ionst. inf. t.* 16. *List. loqu.* 386. *mut. t.* 17. *f.* 12.
Habitat in Europae *campis arenosis.*

hybrida. 2. C. subpurpurascens, elytris fascia lunulisque duabus albis.
Habitat in Europa.

germanica. 3. C. viridis, elytris punctis duobus albis cum lineola apicum.
Habitat in Germania. *P. Forskål.*
Simillima C. campestri, sed triplo minor, tota aeneo-viridis. Elytra *viridia apice lineola albicante et punctis 2 albis ad marginem exteriorem.*

syluatica. 4. C. nigra, elytris fascia punctisque duobus albis.
Fn. suec. 549. Cicindela atra, coleoptris maculis sex fasciaque albis.
Habitat in Europae *Pinetis.*

maura. 5. C. nigra, elytris punctis sex albis: tertio et quarto confluentibus.
Habitat Algiriae. *E. Brander.*
Statura C. campestris. Frons alba. Elytra punctis 6 albis longitudinalibus ad marginem exteriorem: sed 3 et 4 transuerse positis confluentibus.

riparia. 6. C. viridi-aenea, elytris punctis latis excauatis. *Fn. suec.* 550. *It. oel.* 38. 121.
List. loqu. 385. Scarabaeus paruus inauratus.
Habitat in Europae *humentibus.*

7. C.

Cicindelae *insectorum Tigrides veloces, larvis etiamnum nobis latent.*

aquatica. 7. C. aenea nitida.
Fn. ſuec. 558. Bupreſtis fuſco-aenea nitida, thorace ſubmarginato.
Liſt. mut. t. 31. *f.* 13.
Habitat in Europae *aquis.*

184. BVPRESTIS. *Antennae* ſetaceae longitudine thoracis.
Caput dimidium intra thoracem retractum.

* *Elytris faſtigiatis.*

gigantea. 1. B. elytris faſtigiatis bidentatis rugoſis, corpore inaurato. *M. L. V.*
Sloan. iam. 2. *p.* 210. *t.* 236. *f.* 1, 2. Cantharis maxima, elytris cuprei coloris falcaris.
Mer. fur. t. 50. *f. infima. Grew. muſ.* 165. *t.* 13.
Habitat in America, Aſia.

8-guttata. 2. B. elytris faſtigiatis muticis maculis quatuor albis, corpore caeruleo.
It. ſcan. 23. *Vadm. diſſ.* 42.
Habitat in Oceano ad Norvegiam.
Magnitudine *cedit noſtratibus maioribus.* Antennae *nigrae longitudine thoracis.* Caput *nigrum aut caeruleum, lineola alba ante oculos.* Thorax *niger aut caeruleus margine albo.* Elytra *nigra aut caerulea ſtriata, obtuſiſſima, maculis octo albis longitudinaliter digeſtis.* Abdomen *caeruleum cum linea alba vtrinque verſus baſin transuerſa, et in ſingulo ſegmento vtrinque puncto rum alborum, vt ſint ſub abdomine maculae 18 albae.* Pedes *caerulei cum puncto albo in femoribus quatuor poſterioribus.* Variat *colore caeruleo, nigro, aureo absque vel cum maculis.*

* * *Elytris verſus apicem ſerratis.*

ignita. 3. B. elytris ſerratis, thorace impreſſo, corpore inaurato, tibiis teretibus. *M. L. V.*
Grew. muſ. 166. *t.* 13. Beetle.
Pet. gaz. t. 20. *f.* 8. *vel t.* 48. *f.* 5?
Habitat in Indiis.
Elytra apice imprimis colore auri caudefacti.

4. B.

Bupreſtes *pleraeque in aquoſis et ſub aqua degunt.*

ſtricta. 4. B. elytris ſerratis ſulcatis, tibiis angulatis, abdomine glabro. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Thorax a tergo minime impreſſus.

ſternicornis. 5. B. elytris ſerrato-tridentatis, thorace punctato, pectore antrorſum mucronato: corpore inaurato. *M. L. V.*
Grew. muſ. 167. *t.* 13. Carabus orientalis craſſus.
Habitat in India.
Elytra baſi notata puncto depreſſo latiore, colore variant.

mariana. 6. B. elytris ſerratis longitudinaliter rugoſis: maculis duabus impreſſis, thorace ſulcato.
Fn. ſuec. 557. Bupreſtis aeneo-nitida ſupra cinerea, coleoptris apice arrenuatis.
Pet. gaz. t. 2. *f.* 2. Cantharis marianus viridis perelegans, vaginis ſulcatis ſignaturis flaueſcentibus notatis.
Habitat in Europa, America.

chryſoſtigma. 7. B. elytris ſerratis longitudinaliter ſulcatis, maculis duabus aureis impreſſis, thorace punctato.
Fn. ſuec. 556. Bupreſtis fuſco-aenea, elytris maculis aeneis impreſſis.
Habitat in Europa.

ruſtica. 8. B. elytris ſtriatis, thorace punctato.
Fn. ſuec. 555. Bupreſtis viridi-aenea immaculata.
Habitat in Europa.

* * * *Elytris integris.*

faſciculari. 9. B. elytris integerrimis ſtriatis: punctis faſciculato-villoſis, corpore inaurato hirſuto. *M. L. V.*
Seb. muſ. 2. *p.* 22. *t.* 20. *f.* 5. Scarabaeus amboinenſis.
Pet. gaz. t. 13. *f.* 5. Scarabaeus obſcure viridis aureus papillis pilis albis obſitis vndique hirtus.
Habitat in India.
Elytra punctis quintuplici ſerie digeſtis, barbato-faſciculatis.

hirta. 10. B. elytris integerrimis, pedibus ferrugineis, corpore hirſuto. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Thorax et Elytra hirta.

nitidula. 11. B. elytris integerrimis, thorace marginato vtrinque depreſſo, corpore nitidiſſimo.
Habitat in Europae *aquoſis.*
Magnitudo Culicis. Corpus vndique nitidiſſimum et colore variaus e viridi, caeruleo aut aureo.

bimaculata. 12. B. elytris integerrimis ſtriatis macula rubra, corpore fuſco viridi. *M. L. V.*
Habitat in India.
Elytra ſtriis eleuatis glabris cum interiectis minoribus crenulatis.

triſtis. 13. B. elytris integerrimis marginatis, corpore cupreo, abdomine punctis decem nigris. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

cuprea. 14. B. elytris integerrimis, thoracis lateribus ſcabris, ſcutello tuberculari, corpore cupreo laeui. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Scutelli loco punctum prominens.

nobilis. 15. B. elytris integerrimis: faſciis linearibus duabus viridatis inauratis, corpore fuſco. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

4-punctata. 16. B. elytris integerrimis punctatis, thorace punctis quatuor impreſſis, corpore obſcuro.
Fn. ſuec. 559. Bupreſtis atra, thorace punctis impreſſis.
Habitat in Europa.

minuta. 17. B. elytris integerrimis, transuerſe rugoſis, thorace ſubtrilobo laeui, corpore ouato.
Habitat in Europa.

viridis. 18. B. elytris integerrimis linearibus punctatis, thorace deflexo, corpore viridi elongato.
Habitat in Europa.

linearis. 19. B. lineari-oblonga murino-aenea, thorace poſtice trilobo.
Habitat in America. *Rolander.*

185. DYTISCVS. *Antennae* setaceae aut clauato-perfoliatae.
Pedes postici villosi, natatorii, submutici.

* *Antennis perfoliatis.*

piceus. 1. D. antennis perfoliatis, corpore laeui piceo acuminato.
Fn. suec. 561. Dytiscus antennis perfoliatis fuscis.
Lyonnet less. tab. 1. *f.* 15. 16. 12.
Habitat in Europa.
Nidus natans mucrone eminente instructus.

caraboides. 2. D. antennis perfoliatis, corpore glabro striis aliquot recuruis.
Fn. suec. 562. Dytiscus antennis perfoliatis nigris, elytris laeuibus.
Roes. aqu. 1. *t.* 4. *f.* 1. 2.
Habitat in Europa.

fuscipes. 3. D. antennis perfoliatis, elytris striatis margine liuidis, pedibus fuscis. *Fn. suec.* 563.
Habitat in Europae *Aquis.*

* * *Antennis setaceis.*

latissimus. 4. D. niger, elytrorum marginibus dilatatis linea flaua.
Fn. suec. 564.
Frisch. inf. 2. *t.* 7. *f.* 1, 2. Scarabaeus aquaticus magnus niger margine luteo.
Habitat in Europae *Aquis.*

marginalis. 5. D. niger, thorace elytrorumque margine flauis. *Fn. suec.* 565.
Rai. inf. 93. *n.* 1. *Mouff. inf.* 164. *f. bona.*
Aldr. inf. 707. *List. mut. t.* 5. *f.* 2.
Roes. inf. 2. *aquat.* 2. *p.* 7. *t.* 1. *f.* 9. 10.
Habitat in Europae *Aquis.*

striatus. 6. D. fuscus, elytris transuerse subtilissime striatis.
Habitat in Europae *aquosis.*

fuscus. 7. D. fuscus, elytris transuerse substriatis.
Habitat in Europae *Aquis.*

8. D.

Dytisci *Larvae subaquaticae sunt voracissimi aquatilium Crocodili. Volatilia nocte exeunt volitantque ad alias aquas.*

cinereus. 8. D. cinereus, elytrorum margine thoracisque medietate flauis. *Fn. ſuec.* 566.
Hoffn. inſ. 2. *t.* 12. *Liſt. mut. t.* 5. *f.* 1.
Roeſ. inſ. 2. *aqu.* 1. *t.* 3. *f.* 6.
Habitat in Europae *Aquis.*

ſemiſtriatus. 9. D. fuſcus, elytris feminae ſulcis dimidiatis decem villoſis.
α. Dytiſcus ſupra fuſcus, ſubtus ater. *Fn. ſuec.* 563.
β. Dytiſcus elytris ſtriis viginti dimidiatis. *Fn. ſuec.* 567.
Rai. inſ. 94. *n.* 2. Hydro-Cantharus elytris ſtriatis i. canaliculatis.
Friſch. inſ. 2. *t.* 7. *f.* 4. *Roeſ. inſ.* 2. *aqu.* 1. *t.* 1. *f.* 10.
Habitat in Europae *Aquis.*

ſulcatus. 10. D. elytris ſulcis decem longitudinalibus. *Fn. ſuec.* 569.
Friſch. inſ. 13. *p.* 13. *t.* 7. *Roeſ. aquat.* 1. *t.* 3. *f.* 7.
Bradl. natur. t. 26. *f.* 2. *A.*
Rai. inſ. 569. Hydrocantharus minor, corpore rotundato plano.
Habitat in Europae *Aquis.*

erythrocephalus. 11. D. ouato-oblongus niger, capite pedibusque ruſis. *Fn. ſuec.* 570.
Habitat in Europae *Aquis.*

maculatus. 12. D. ouatus niger, thorace nigro faſcia pallida, elytris albo-maculatis.
Vddm. diſſ. 43.
Habitat in Europae *Aquis.*

minutus. 13. D. elytris fuſcis baſi lateribusque pallidis, thorace flauo immaculato, corpore ouato.
Habitat in Europae *aquoſis.*
Elytra punctis vix conſpicuis adſperſa.

* * * *Antennis clauatis.*

natator. 14. D. ouatus glaber, antennis capite breuioribus obtuſis. *Fn. ſuec.* 572.
Pet. gaz. t. 13. *f.* 9. Scarabaeus niger ſupra aquam velociter circumnatans.
Rai.

Maribus pedum anteriorum plantae hemiſphaericae, Feminis ſacpius elytra ſulcata.

Rai. inſ. 87. *n.* 9. Scarabaeus ▽ ſubrotundus e caeruleo viridi ſplendente vndique tinctus.
Roeſ. app. 1. *p.* 195. *f.* 31.
Habitat in Europae *lacubus, curſitans ſupra aquam velociſſime; in* America. *Kalm.*

Scarabaeoides. 15. D. oualis conuexus ater laeuiſſimus, antennis filiformibus triarticulatis.
Roeſ. inſ. 2. *aqu.* 1. *t.* 4.
Habitat in Europae *aquis.*
Magnitudo Scarabaei.

186. CARABVS. *Antennae* ſeraceae.
Thorax obcordatus apice truncatus, marginatus.
Elytra marginata.

* *Maiores.*

coriaceus. 1. C. apterus ater opacus, elytris punctis intricatis ſubrugoſis.
Habitat in Germania. *P. Forſkåhl.*
Inter maximos Europaeos numerandus. Totus *ater, laeuis.* Elytra *absque ſulcis ex punctis confuſis excauatis confluentibus confertis.* Antennae *corpore breuiores.*

granulatus. 2. C. apterus, elytris longitudinaliter punctatis.
Fn. ſuec. 511. Carabus ater, elytris conuexe punctatis ſtriatisque.
β. Carabus niger, elytris ſubuireſcentibus conuexe punctatis ſtriatisque. *Fn. ſuec.* 512.
γ. Carabus purpuraſcenti-niger, elytris conuexe punctatis ſtriatisque. *Fn. ſuec.* 513.
Rai. inſ. 96. *n.* 2. Cerambyx purpurea punctata.
Liſt. mut. t. 18. *f.* 4. *Hoffm. inſ.* 2. *t.* 3.
Habitat in Lignis *putridis.*

leucophthalmus. 3. C. apterus, elytris laeuibus: ſtriis obſoletis octonis.
Fn. ſuec. 515. Carabus ater, elytro ſingulo ſtriis octo.
Habitat in Europa.
Thorax, ratione magnitudinis inſecti, minor quam in reliquis.

4. C.

Carabi *Larvae ſaepe intra Ligna putrida, muſcos, terram etc. degunt; Volatilia vero inſectorum imprimis Larvarum Leones ſunt, curſu feſtinantes.*

nitens. 4. C. apterus, elytris porcatis: sulcis scabriusculis inauratis.
Fn. suec. 517. *et* 518. *It. oel.* 96.
Rai. inf. 96. *n.* 6. Cerambyx dorso in longas rugulas diuiso, omnium pulcherrimus.
Habitat in Europae *syluis.*

hortensis. 5. C. apterus, elytris porcatis: punctis aeneis excauatis triplici serie.
Habitat in Europae *syluis, hortis.*

violaceus. 6. C. alatus, elytris laeuiusculis nigris margine aureo, thorace subuiolaceo. *Fn. suec.* 516.
Frisch. inf. 13. *t.* 23. Scarabaeus terrestris nigricans.
Rai. inf. 96. *n.* 1. Scarabaeus maior, corpore oblongo, e purpura nigricans.
Habitat in Europae *syluis.*

cephalotes. 7. C. apterus, elytris atris laeuibus, thorace exserto oblongo.
Frisch. inf. 13. *p.* 25. *t.* 22. Scarabaeus.
Habitat in Europa.

inquisitor. 8. C. elytris striatis viridi-aeneis: punctis triplici ordine.
Roland. act. Stockh. 1750. *p.* 292. *t.* 7. *f.* 3. Carabus alatus viridi-aeneus, concaue punctatis striatisque, pedibus antennisque nigris.
Habitat in Europae *arboribus laruis Papilionum Phalaenarumque victitans.*
Elytra aurata margine viridi. Thorax breuissimus.

sycophanta. 9. C. aureo-nitens, thorace caeruleo, elytris aureo-viridibus striatis, abdomine subatro.
Reaum. inf. 2. *t.* 37. *f.* 18.
Habitat in Europa.
Maximus europaeus. Caput et Antennae nigra; margines thoracis elytrorumque aurei. Elytra striis 15 *crenatis.*

* * *Minores.*

liuidus. 10. C. thorace ferrugineo, elytris nigris: lateribus liuidis.
Habitat in Europa.

crepitans. 11. C. thorace capite pedibusque ferrugineis, elytris nigris.

Ro-

Roland. act. Stockh. 1750. *p.* 292. *t.* 7. *f.* 2. Cicindela capite thorace pedibusque rufis, elytris nigro-caeruleis.
Habitat in Europa.

americanus. 12. C. niger, thorace pedibus antennisque ferrugineis.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis C. crepitanti, sed quadruplo maior.

spinipes. 13. C. piceus, thorace linea excauata longitudinali, manibus spinosis.
Habitat in Europa.
Postice pallidior est.

cyanocephalus. 14. C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque cyaneis.
Fn. suec. 525. Carabus capite elytrisque caeruleis, thorace rubro.
Habitat in Europa.

melanocephalus. 15. C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque atris.
Fn. suec. 526. Carabus capite elytrisque atris, thorace rubro.
β. Fn. suec. 524. Carabus niger, thorace antennis pedibusque ferrugineis.
Habitat in Europa.

vaporariorum. 16. C. thorace fusco, pedibus antennis elytrisque antice ferrugineis.
Fn. suec. 529. Carabus ater, elytris antice griseis.
Habitat in Europa.

latus. 17. C. niger, pedibus antennisque rufis. *Fn. suec.* 521.
Habitat in Europa; *in* America *septentrionali. Kalm.*

ferrugineus. 18. C. ferrugineus, thorace glaberrimo.
Habitat in Europa.

germanus. 19. C. niger, capite pedibus elytrisque testaceis, elytris apice violaceis.
Habitat in Germania. *P. Forskåhl.*

vulgaris. 20. C. nigro-aeneus, pedibus antennisque nigris. *Faun. suec.* 527.
Habitat in Europa.

caerulescens. 21. C. nigro-caeruleus, antennis basi rubris.
Habitat in Europa.

cupreus. 22. C. aeneus, antennis basi rubris.
Habitat in Europa.

piceus. 23. C. niger, pedibus antennisque piceis.
Habitat in Europa.

marginatus. 24. C. niger, elytris margine flauis.
Habitat in Europa.
Corpus *totum viridissimum*. Elytra *vix manifeste striata*. Thoracis *margo ferrugineus, sed vix conspicuus*. Elytrorum *margo exterior omnino flauus*. Pedes *subfusci*. Antennae *nigrae*. Variat *capite thoraceque aeneis*.

multipunctatus. 25. C. subaeneus, elytris punctis vagis plurimis impressis.
Habitat in Europa.

6-punctatus. 26. C. subaeneus, elytris punctis longitudinalibus sex impressis.
Fn. suec. 519. Carabus nitens, capite thoraceque cyaneo, elytris purpureis.
Habitat in Europa.

vstulatus. 27. C. thorace nigricante, elytris obscuris bifasciatis.
Fn. suec. 528. Carabus niger, coleoptris pone fascia ferruginea; lateribus macula ferruginea.
Habitat in Europa.

crux maior. 28. C. thorace capiteque nigro-rubescente, coleoptris ferrugineis cruce nigra.
Habitat in Europa.

crux minor. 29. C. thorace luteo glabro, elytris postice nigris: maculis duabus flauis.
Habitat in Europa.

4-maculatus. 30. C. thorace flauo, elytris obtusissimis fuscis: maculis duabus albis.
Fn. suec. 532. Carabus niger, thorace ferrugineo, elytrorum maculis 4 liuidis.
Habitat in Europa.

atricapillus. 31. C. flauus, capite nigro, elytris obtusissimis.
Habitat in Germania. *P. Forskåhl.*

187. TE-

187. TENEBRIO. *Antennae* moniliformes articulo vltimo ſubrotundo.
Thorax plano-conuexus, marginatus. *Caput* exſertum.
Elytra rigidiuſcula.

* *Alati.*

molitor. 1. T. niger totus.
Fn. ſuec. 547. Mordella antennarum articulis lentiformibus: vltimo globoſo.
Friſch. inſ. 4. *p.* 1. *t.* 1.
Habitat in Farina *piſtorum, Molendinis, Pane ſicco, ſaccharato.*
Larua pallida, 13 *ſegmentis, glabra, Luſciniis accepta.*

mauritanicus. 2. T. niger ſubtus piceus, thoracis marginibus antice poſticeque dente angulatis.
Habitat Algiriae. *E. Brander.*
Similis praecedenti, ſed quintuplo minor, ſupra totus niger, ſubtus, pedibus antennisque piceus. Elytra *ſtriata.* Thoracis *margo antice dente vtrinque prominulo, et poſtice dente obſoleto.*

culinaris. 3. T. ferrugineus, elytris ſtriatis.
Fn. ſuec. 546. Mordella ferrugineo-rufa, thorace antice depreſſo.
Habitat in quisquiliis.

barbarus. 4. T. ater glaberrimus, thorace orbiculato, capitis clypeo antice margine elevato.
Habitat in Mauritania. *E. Brander.*
Glaber et nitidus, magnitudine Carabi mediocris; Elytra cohaerent poſtice vix acuta.

Foſſor. 5. T. piceus, digitis anticis palmato-digitatis.
Habitat in collibus arenoſis, quos perfodit Vpſaliae. *Rolander.*
Pedes *anteriores Scarabaei, dentati;* Thorax *poſtice magis elongatus. Praecedentibus quadruplo minor.*

Tenebrionis *Larvae vivunt in ſuffocatis locis et quisquiliis; plures in farina aliisque cibariis.*

Curſor, 6. T. fuſcus, thorace oblongo: angulis quinque denticulatis.
Habitat in Sueciae *domibus.*
Longitudo Pediculi, ſubcylindricus, anguſtus.

pedicularius. 7. T. niger, elytris faſciis duabus flauis latis.
Habitat in Europa.

erraticus. 8. T. niger, antennis thorace ſuborbiculato elytrisque ferrugineis, elytris apice fuſcis.
Habitat in Europa.

pallens. 9. T. pallide teſtaceus.
Habitat in Europa.

* * *Apteri.*

mortiſagus. 10. T. apterus, coleoptris mucronatis.
Fn. ſuec. 594. Tenebrio ater, coleoptris acuminatis.
Mouff. inſ. 139. Blatta fœtida. *Aldr. inſ.* 499.
Ionſt. inſ. t. t. 16. *f.* . . *Friſch. inſ.* 13. *t.* 25.
Pet. gaz. t. 24. *f.* 7. Scarabaeus impennis tardipes.
Habitat in vmbroſis *ſuffocatis.*

muricatus. 11. T. apterus, coleoptris obtuſis: ſtriis muricatis. *M. L. V.*
Pet. gaz. 11. *t.* 92. *f.* 14.
Habitat in Hiſpania.

caeruleus. 12. T. apterus caeruleſcens, thorace ſuborbiculato, coleoptris obtuſis.
Pet. gaz. t. 22. *f.* 6. *Liſt. angl. app.* 4. *f.* 14.
Habitat in Hiſpania.

angulatus. 13. T. apterus, thorace teretiuſculo, coleoptris angulatis. *M. L. V.*
Habitat in Aegypto.
Elytra ſingula ſtriis 4 *eleuatis: tertia laterali eleuata carinata crenata.*

Caraboides. 14. T. apterus, thorace ouali marginato, coleoptris carinatis.
Fn. ſuec. 595. Tenebrio ater, coleoptris pone rotundatis, maxillis prominentibus.
Habitat in Europa.

188. ME-

188. MELOE. *Antennae* moniliformes articulo vltimo ouato.
Thorax subrotundus.
Elytra mollia, flexilia.
Caput inflexum, gibbum.

* Apteri *elytris abbreuiatis absque alis.*

Proscarabaeus. 1. M. apterus, corpore violaceo.
Fn. suec. 596. *Mouff. inf.* 162. *f. med.*
Ionst. inf. t. 15. *Goed. inf.* 2. *t.* 42.
Frisch. inf 6. *t.* 6. *f.* 5. *List. goed. f.* 120.
Clut. hemerob. 81. 73. Vermis maialis.
Habitat in apricis campis, edit Ranunculos, Veratrum; *vernalis.*

maialis. 2. M. apterus, segmentis dorsalibus abdominis rubris.
Frisch. inf. 6. *t.* 6. *f.* 4. Proscarabaeus alter.
Habitat in Europa *australiore; in* America. *Kalm; in* Africa. *E. Brander.*

* * Alati *elytris longitudine corporis alas tegentibus.*

vesicatorius. 3. M. alatus viridissimus.
It. scan. 186. Cantharis officinarum.
Mouff. inf. 144. *Ionst. inf. t.* 7.
Rai. inf. 101. *Aldr. inf.* 276.
Habitat in Ligustro, Fraxino, Sambuco.
Officinalis pro vesicatorio.

syriacus. 4. D. M. alatus viridi-caeruleus, thorace luteo. *M. L. V.*
Habitat in Syria.

Cichorii. 5. M. alatus niger, thorace hirsuto, elytris fasciis tribus flauis.
Hasselqu. iter 410. *n.* 101. Chrysomela cichorii.
Imperat. nat. 901. *f.* 1. Cantharis fasciata.
Habitat in Cichoriis *totius orientis.*
Magnitudine accedit ad Proscarabaeum. Fascia prima elytrorum ad eorum basin; vltima ante eorum apicem reliquis magis vndata. An Cantharides Imperati? *Variat maculis elytrorum; in quibusdam, loco cuiusuis fasciae, maculae duae nigrae.*

Meloes *Larvae foliis plantarum pascuntur, vti etiam volatilia.*

algiricus, 6. M. alatus niger, elytris teſtaceis.
Habitat Algiriae.
Statura Cantharidis. Elytra flexilia.

Schaeffe-ri, 7. M. alatus viridis, pedibus luteis, antennis abbreuiatis clauatis breuibus irregularibus.
Habitat in Germania. *Schäffer.*
Statura M. veſicatorii, ſed dimidio minor. Antennae luteae, vix thorace longiores. terminatae capitulo compreſſo fuſco, infimo articulo craſſo. Palpi gibbi.

floralis, 8. M. alatus niger, elytris faſciis duabus ferrugineis obſoletis.
Habitat in Floribus Cardui Europae.
Vix Pediculo maior.

189. MORDELLA. *Antennae* filiformes.
Caput inflexum ſub collo.
Elytra deorſum curua apicem verſus.
Ante femora lamina lata ad baſin abdominis.

aculeata, 1. M. atra, abdomine ſpina terminato.
Fn. ſuec. 534. Mordella oblonga atra, cauda aculeo terminata.
Habitat in Europa.

humeralis, 2. M. atra, lateribus thoracis baſeosque elytrorum flauescentibus.
Habitat in Europa.

frontalis, 3. M. atra, fronte pedibusque flauescentibus.
Habitat in Europa.

thoracica, 4. M. atra, capite thoraceque flauis.
Habitat in Europa. *T. Holm.*

flaua, 5. M. flaua, elytrorum apicibus nigris.
Habitat in Europa.

190. NE-

190. NECYDALIS. *Antennae* ſetaceae.
Elytra dimidiata. *Alae* nudae.
Cauda ſimplex.

maior. 1. N. elytris ferrugineis immaculatis, antennis corpore breuioribus.
Schaeff. monogr. 1753. *f.* 1, 2. Muſca-Cerambyx maior.
Habitat in Europa.

minor. 2. N. elytris teſtaceis: apice lineola alba, antennis corpore longioribus.
Fn. ſuec. 697. Necydalis elytris flauis lineola alba.
It. oel. 74.
Schaeff. monogr. 1753. *f.* 6, 7. Muſca-Cerambyx minor.
Habitat in Europa.

191. STAPHYLINVS. *Antennae* moniliformes.
Elytra dimidiata. *Alae* tectae.
Cauda ſimplex exſerens duas veſiculas oblongas.

hirtus. 1. S. hirſutus niger, thorace abdomineque poſtice flauis.
Fn. ſuec. 601.
Schaeff. monogr. 1754. *t.* 2. *f.* 12.
Habitat in locis arenoſis.

murinus. 2. S. pubeſcens cinereus nigro-nebuloſus. *Fn. ſuec.* 602.
Habitat in ſimo *equino.*

maxillo-ſus. 3. S. pubeſcens niger, faſciis cinereis, maxillis longitudine capitis.
Fn. ſuec. 603. Staphylinus ater glaber, maxillis longitudine capitis.
Rai. inſ. 109. *n.* 1. Staphylinus maior totus niger.
Liſt. loqu. 391. Scarabaeus maiuſculus niger forcipibus infeſtis.
Mouff. inſ. 197. *Ionſt. inſ. t.* 17. *f.* 1. 2. 3.
Habitat in ſyluis Europae.
Iunior vndique tomentoſus per elytra et abdomen, cum faſcia cinerea elytrorum et abdominis; prouectior glaber vt totus ater euadit.

Staphylini *Larnae ſubterreſtres ſunt, humentibus pleraeque delectantur.*

erytropterus. 4. S. ater, elytris pedibusque rufis. *Fn. ſuec.* 604. *Friſch. inſ.* 5. *t.* 25. Scarabaeus rapax, elytris breuibus. *Habitat ſaepius in* fimo.

politus. 5. S. niger, thorace elytrisque nigricantibus nitidiſſimis. *Fn. ſuec.* 605. Sthaphylinus niger, thorace aeneo nitido, elytris atro-caeruleis. *Habitat in* Europa. *Variat capitis thoracis elytrorumque colore nigro et viridi ſ. caeruleſcenti-aeneo.*

rufus. 6. S. rufus, capite elytrorum abdominisque poſticis nigris. *Fn. ſuec.* 606. *Gadd. ſat.* 80. Staphylinus pallide rufus, elytris caeruleſcentibus, capite et apice abdominis nigro. *Habitat in* Europa.

riparius. 7. S. rufus, elytris caeruleis, capite abdominisque apice nigris. *Fn. ſuec.* 607. *It. gotl.* 173. *Habitat in* Europa.

lignorum. 8. S. fuſcus, elytris futura abdomine pedibusque ferrugineis. *Fn. ſuec.* 608. *Habitat in* Europa.

ſubterraneus. 9. S. niger, elytris antice extrorſum flauis, pedibus nigris. *Habitat in* Europa.

flaueſcens. 10. S. ater, pedibus rufis, elytrorum margine flauo. *Fn. ſuec.* 610. *Habitat in* Europa.

2-guttatus. 11. S. niger, elytris puncto fuluo. *Habitat in* Europa.

litoreus. 12. S. niger elytris antice griſeis, pedibus rufis. *Fn. ſuec.* 611. *It. gotl.* 173. *Habitat in* litoribus.

ſanguineus. 13. S. niger, elytris ſanguineis. *Fn. ſuec.* 612. *Habitat in* Europa.

Caraboides. 14. S. flauus. *Fn. ſuec.* 613. Staphylinus totus teſtaceus. *Habitat in* Europa.

15. S.

chrysomelinus. 15. S. niger, thorace elytris pedibusque subtestaceis. *Faun. suec.* 614.
Habitat in Europa.

flauipes. 16. S. niger, elytris antennis pedibusque ferrugineis. *Fn. suec.* 615.
Habitat in Europa.

fuscipes. 17. S. niger, elytris tibiisque fuscis. *Fn. suec.* 616.
Habitat in Europa.

rufipes. 18. S. ater glaber, pedibus rufis. *Fn. suec.* 609.
Habitat in Europa.

Boleti. 19. S. fuscus, elytris pallidioribus, antennis pedibusque liuidis.
Habitat in Boletis *abietinis gregarius, cuius fistulas, tanquam Apis fuos fauos cellulosos, intrat iucundo spectaculo. Rolander.*
Pulice dimidio minor et inter minima insecta.

192. FORFICVLA. *Antennae* setaceae. *Elytra* dimidiata. *Alae* tectae. *Cauda* forcipata.

auricularia. 1. F. elytris apice albis. *Fn. suec.* 599.
Mouff. inf. 171. *f. infima.* Forficula s. Auricularia vulgaris.
Frisch. inf. 8. *p.* 31. *t.* 15. *f.* 1, 2. Vermis auricularius.
Ionst. inf. t. 16. *f.* 2. *Merian. inf. t.* 30.
Pet. gaz. t. 74. *f.* 5.
List. loqu. 391. *mut. t.* 31. *f. A.* Scarabaeus subrufus, cauda forcipata.
Habitat in Europa.

minor. 2. F. elytris testaceis immaculatis.
Fn. suec. 600. Forficula alis elytro concoloribus.
Habitat in Europa.

193. BLAT-

Forficulae *Larvae agiles cursitantes sunt.*

193. BLATTA. *Caput* inclinatum.
Antennae ſetaceae.
Elytra Alaeque planae, ſubcoriaceae.
Thorax planiuſculus, orbiculatus, marginatus.
Pedes curſorii.
Cornicula duo ſupra caudam.

gigantea. 1. B. liuida, thoracis clypeo macula quadrata fuſca. *M. L. V.*
Habitat in America.
Diametro oui gallinacei.

aegyptiaca. 2. B. atra, thoracis margine antico albo. *M. L. V.*
Habitat in Aegypto.

ſurinamenſis. 3. B. liuida, thoracis margine antico albo.
Habitat Surinami.

americana. 4. B. ferruginea, thoracis clypeo poſtice exalbido.
Habitat in America.
Maior B. orientali, ſed ſimillima. Elytra *Alaeque corpore longiores.* Antennae *longae.*

niuea. 5. B. alba, antennis flauis.
Habitat in America.
Magnitudo Tabani.

africana. 6. B. cinerea, thoracis clypeo villoſo. *M. L. V.*
Habitat in Africa.
Similis B. *aegyptiacae, ſed minor et villoſa.*

orientalis. 7. B. ferrugineo-fuſca, elytris ſulco oblongo impreſſo.
Fn. ſuec. 617.
Mouff. inſ. 138. *f.* 2. 3. Blatta molendinaria.
Col. ecphr 1. *p.* 40. *t.* 36. *Ionſt. inſ. t.* 13. *f. A.*
Rai. inſ 68. *n.* 1. *Friſch. inſ.* 5. *t.* 3.
Kalm. itin. 2. *p.* 496.
Habitat in America, Oriente: *imprimis in farina, Panis etc. hodie in Ruſſiae adiacentibus regionibus frequens; incer-*

Blattae *lucifugae cum Larvis ſuis rodunt cibaria, coria, putridaque varia, celeri curſu ſe ſubtrahentes.*

incepit nuperis temporibus Holmiae, vti dudum in Finlandia.
Consumit Panem, cibaria, calceos etc. lucifuga.

lapponica. 8. B. flauescens, elytris nigro maculatis. *Fn. suec.* 618.
Habitat in Lapponiae *inprimis, Casis, consumit Pisces.*

oblongata. 9. B. oblonga liuida, thorace punctis duobus lunulaque nigris.
Habitat in America. *Rolander.*
Oblonga vti Cantharis, pallide testacea s. liuida. Antennae *clauatae, atrae.* Pedes *valde hirti.* Clypeus *thoracis orbiculatus. conuexus, glaber, liuidus, postice lunula nigra, in medio punctis 2 nigris instar oculorum.*

149. GRYLLVS. *Caput* nutans, maxillosum, palpis quatuor ad maxillas.
Antennae setaceae.
Alae deflexae: superiores flexiles, submembranaceae.
Pedes saltatorii plerisque.

* MANTIS. *Thorax elongatus, sublinearis. Pedes antici remotissimi a reliquis.*

gigas. 1. G. M. thorace teretiusculo scabro, elytris breuibus, pedibus spinosis. *M. L. V.*
Roes. inf. 2. *gryll. t.* 19. *f.* 9. 10.
Bradl. natur. t. 27. *f.* 6.
Habitat in Amboina.
Elytra abdomine dimidio breuiora. Alae maximae.

phthisicus. 2. G. M. thorace teretiusculo muricato, elytris breuissimis, pedibus inermibus. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Elytra breuissima, medio carina gibba, extus s. posterius nigra.

siccifolius. 3. G. M. thorace denticulato, femoribus ouatis membranaceis. *M. L. V.*
Roes. inf. 2. *gryll. t.* 17. *f.* 4. 5.
Habitat in Indiis.

Abdo-

Abdomen ouatum, membranaceo-planum. Elytra virescentia, facie foliorum lauri, parallela.

gongylodes. 4. G. M. thorace ciliato, femoribus anticis spina terminatis; reliquis lobo. *M. L. V.*
Amoen. acad. 1. p. 504. Gryllus thorace lineari alarum longitudine: margine denticulis ciliato.
Aldr. inf. t. 13. f. 21. Mantis.
Act. angl. 301. t. 20. f. 3. *Marcgr. braf. 246.* Gaayara.
Roef. inf. 2. gryll. t. 7. f. 1, 2. 3.
Habitat in Indiis.
Caput vertice subulato bifido. Laruae *pedes lobis membranaceis alati.*

religiosus. 5. G. M. thorace leui subcarinato elytrisque viridibus immaculatis.
Roef. inf 2. gryll. t. 1, 2.
Habitat in Africa. *E. Brander.*
Corpus totum viride.

oratorius. 6. G. M. thorace laeui, elytris viridibus, alis macula nigra antice rufescentibus.
Habitat in Africa. *E. Brander.*
Parvus est; macula magna nigra in medio alae fusco reticulatae.

praecarius. 7. G. M. thorace subciliato, elytris flauis ocello ferrugineo. *M. L. V.*
Mer. sur. t. 66.
Habitat in America, Africa.

bicornis. 8. G. M. thorace laeui, capite bipartito subulato. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Caput vertice bipartito, subulato, diuaricato. Pedes inermes.

tricolor. 9. G. M. thorace lateribus expanso-lobato, capite cornuto, pedibus anticis latissimis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Oculi in cornicula lateralia auriformia acuminata desinunt.

strumarius. 10. G. M. thorace vtrinque membranaceo-dilatato obcordato.
Roef. inf. 2. gryll. t. 3.
Habitat in Indiis.

* * ACRIDA. *Caput conicum thorace longius, Antennis enſiformibus.*

nasutus. 11. G. A. capite conico, antennis naſiformibus, elytris linea pallida ſubinterrupta, alis ſanguinolentis.
Roeſ. inſ. 2. gryll. 1, t. 4.
Habitat in Africa.

turritus. 12. G. A. capite conico, antennis enſiformibus, elytris viridibus, alis hyalinis.
Habitat in Africa.
Haec et antecedens ſingulares Capite conico, thorace ipſo longiore, apice antennis, baſi ore inſtructo. Antennae *etiam admodum diuerſae a reliquis, quod thorace non longiores, latae, enſiformes, articulatae.*

* * * BVLLA. *Thorax carinatus. Antennae thorace breuiores.*

vnicolor. 13. G. B. vnicolor, thorace carinato breuiſſimo, antennis ſcutello breuioribus. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Structura ſequentis, ſed thorax non criſtatus. Color flauus aut ruber.

variolosus. 14. G. B. calloſo-punctatus, thoracis carina ſubtridentata, antennis breuibus, fronte verrucoſo. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Corpus virescens. Scutellum carinatum, duplo longius capite cum thorace. Elytra *membranacea. Pedes poſtici abdomine ventricoſo non longiores.*

ferratus. 15. G. B. thorace cymbiformi carinato denticulato, capite acuminato, abdomine caeruleo.
Roeſ. inſ. 2. gryll. t. 16. f. 2.
Habitat in Indiis.

carinatus. 16. G. B. thorace cymbiformi laeui, vertice depreſſo. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

bipunctatus. 17. G. B. thoracis ſcutello abdominis longitudine.
Fn. ſuec. 623. Gryllus elytris nullis, thorace in elytron longitudinale extenſo: macula vtrinque nigra rhombea.
Habitat in Europa.

18. G. B.

fubulatus. 18. G. B. thoracis ſcutello abdomine longiore.
Fn. ſuec. 624. Gryllus elytris nullis, thorace producto abdomine longiore.
Habitat in Europa *ad foſſas et aquas ſtagnantes.*

* * * ACHETA. *Cauda ſetis duabus.*

Gryllotalpa. 19. G. A. thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus anticis palmatis tomentoſis.
Fn. ſuec. 619. Gryllus pedibus anticis palmatis.
Mouff. inſ. 104. Gryllotalpa. *Aldr. inſ.* 571.
Velſch. hecaſt. 1. *p.* 39. *Ionſt. inſ. t.* 12. 13.
Goed. inſ. 1. *t.* 76. *Rai. inſ.* 64. 67.
Blanck. herb. t. 81. *f.* 10.
Roeſ. inſ. 2. *gryll. t.* 14, 15.
Friſch. inſ. 11. *t.* 5. *Catesb. car.* 1. *t.* 8.
Habitat in Europae *et* Americae *borealis herboſis et cultis, Hortorum hoſtis.*

domeſticus. 20. G. A. thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus ſimplicibus, corpore glauco.
Faun. ſuec. 620. Gryllus cauda biſeta, alis inferioribus acuminatis longioribus, pedibus ſimplicibus.
Mouff. inſ. 135. Gryllus domeſticus.
Rai. inſ. 63. *Ionſt. inſ. t.* 12.
Roeſ. inſ. 2. *gryll. t.* 12.
Habitat hodie in Europae *muris domeſticis.*

campeſtris. 21. G. A. thorace rotundato, cauda biſeta ſtylo lineari, alis elytro breuioribus, corpore nigro.
Friſch. inſ. 1. *t.* 1. *Roeſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 13.
Habitat in Europa *auſtraliore.*

vmbraculatus. 22. G. A. niger, elytris apice albis, vmbraculo frontis deflexo.
Habitat in Mauritania. *E. Brander.*
Facies G. campeſtris; totus niger, ſed thorax magis ferrugineus. Elytra *abdomine breuiora, ad apicem lactea.* Antennae *longitudine corporis.* Setae 2 *ad caudam corpore paulo breuiores. Singularis eſt* Vmbraculo *ex membrana obouata, e fronte ante caput deflexa, marginibus lateralibus inuoluta, magnitudine ipſius capitis, nigra.*

* * * * *

***** TETTIGONIA. *Cauda enſifera feminis.*

citrifolius. 23. G. T. thorace tetragono angulis ſcabro. *M. L. V.*
Roeſ. inſ. 2. gryll. t. 16. f. 1.
Habitat in Indiis.
Elytra ouato-oblonga, folia lauri pallida referentia.

laurifolius. 24. G. T. thorace ſubtetragono laeui trilobo, alis angulatis elytro obtuſiore longioribus. *M. L. V.*
Sloan. iam. 2. p. 201. t. 236. f. 1. Locuſta maxima viridis, alis latiſſimis.
Marcgr. braſ. 246. Tucurubi.
Habitat in Indiis.
Elytra ouato-oblonga viridia. Alae acutiores.

myrtifolius. 25. G. T. thorace ſubtetragono laeui, alis deflexis elytro longioribus, tibiis muticis.
Habitat Surinami. *Rolander.*
Antennae *longitudine corporis.* Thorax *laeuis, ſubtetragonus, poſtice rotundatus.* Elytra *ouata, deflexa, viridia, quaſi 2 folia, margine ſuperiore magis conuexa.* Alae *paulo longiores, albidae.* Pedes *inermes.* Magnitudo *quadruplo minor G. laurifolio.*

elongatus. 26. G. T. thorace ſubquadrato laeui, elytris alisque corpore longioribus. *M. L. V.*
Habitat in India.
Elytra ſublinearia maculis lunatis fuſceſcentibus.

lamellatus. 27. G. T. thorace ſubquadrato, foliolis ouatis ante femora poſtica. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Ad inſertionem femorum poſticorum foliola duo ouata concaua. Corpus primae magnitudinis.

ocellatus. 28. G. T. thorace rotundato, alis poſticis ocello notatis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Gryllus primae magnitudinis. Ocellus magnus in alis, notatus lunulis duabus albis.

acuminatus. 29. G. T. thorace rotundato, vertice ſubulato, alis vireſcentibus. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Enſis latior quam in reliquis.

triops. 30. G. T. thorace rotundato, vertice acuminato ſubtus puncto oculari nigro, alis viridibus. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Abdomen breue. Enſis longitudine abdominis.

rugoſus. 31. G. T. thorace rotundato rugoſo criſtato, capite acuminato, femoribus poſticis ſubtus repandis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Thorax verſus apicem criſta compreſſa crenata.

coronatus. 32. G. T. thorace ſpinis erectis coronato, elytris varioloſo-concauis.
Habitat in Indiis. *De Geer.*
Antennae *corpore triplo longiores, filiformes, luteo griſeoque variae.* Thorax *ſupra poſtice cinctus margine valide dentato; antice iuxta caput ſpina* 1, *in medio* 2. Elytra *griſea adſperſa punctis magnis, excauatis, fuſcis.* Alae *nigricantes.* Pedes *et Femora valde ſpinoſa.* Enſis *lanceolatus, longus.*

aquilinus. 33. G. T. thorace rotundato ſubuerrucoſo, alis latiſſimis: neruis quindecim. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Corpus primae magnitudinis. Elytra lanceolata. Alae omnium latiſſimae. Tibiae quadrifariam ſpinis biſpidae.

melanopterus. 34. G. T. thorace rotundato laeui, elytris abdomine dimidio breuioribus, alis nigris. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Elytra longitudine thoracis ouali-oblonga.

faſtigiatus. 35. G. T. thorace rotundato laeui, elytris ouatis, alis truncatis, ſpinis tibiarum filiformibus. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Spinae tibiarum longiores, quam in reliquis.

coriaceus. 36. G. T. thorace rotundato laeui, elytris coriaceis, alis pallidis, antennis longiſſimis.
Habitat in Indiis.
Corpus magnum, colore flauo corii. Femora teretia.

viridiſſimus. 37. G. T. thorace rotundato, alis viridibus immaculatis, antennis ſetaceis longiſſimis.
Friſch. inſ. 12. *t.* 2. *f.* 1. Locuſta maior viridis.

Roeſ.

Roef. inf. 2. *gryll. t.* 10, 11.
Habitat in Europa.
Enſis rectiſſimus, ſtrictus.

verrucivorus. 38. G. T. thorace ſubquadrato laeui, alis viridibus fuſco maculatis, antennis ſetaceis longitudine corporis.
Fn. ſuec. 621. *It. wgoth.* 253. Gryllus cauda enſifera recta, corpore ſubuiridi.
Ionſt. inſ t. 11. *f.* 1. 2. 3. *Merian. inſ. t.* 176.
Roeſ. inſ. 2. *t.* 8.
Habitat in Europa.

pupus. 39. G. T. apterus, thorace ſpinoſo, femoribus punctatis.
Amoen. acad. 1. *p.* 322.
Pet gaz. t. 13. *f.* 7. Locuſta-Talpa capenſis, pedibus longis.
Roeſ. inſ. 2. *gryll. t.* 6. *f.* 3.
Habitat in Aethiopia.
Habet ſupra cuſem duo puncta prominula, quae indicant affinitatem cum Gryllo-Talpis.

* * * * * LOCVSTA. *Cauda ſimplex.*

Elephas. 40. G. L. thorace carinato integro, corpore aptero.
Roeſ. inſ. 2. *gryll. t.* 6. *f.* 2.
Habitat in Africa.
Reliquis omnibus maior et ponderoſior. Antennae filiformes. Corpus totum viride, punctis excauatis adſperſum; thoracis dorſum carina eleuata integerrima. Femora mutica. Rudimenta alarum duo, nec quatuor vt in Pupis Gryllorum.

Mas niger tibiis femoribusque fuluis. Femina duplo maior griſea, antennis ſerratis.
Larua caerulea extremitatibus fuluis.

Iuniperi. 9. T. antennis pectinatis obtuſis, thorace glabro.
Vddm. diſſ. 91. *f.* 12.
Habitat in Iunipero.
Maris tibiae et femora fulua. Femina antennis ſerratis.
Larua viridis adſperſa punctis nigris.

* * * *Antennis ſubclauatis continuis, nec articulatis.*

vſtulata. 10. T. antennis ſubclauatis continuis, thorace caeruleſcente, alis macula fuſca.
Habitat in Europa.

ruſtica. 11. T. antennis ſubclauatis, abdomine nigro: cingulis quatuor flauis.
Habitat in Europa.

* * * * *Antennis filiformibus, articulis 7 l. 8 excepta baſi.*

Scrophulariae. 12. T. antennis ſeptemnodiis luteis, abdomine cingulis quinque flauis: primo remotiore. *Fn. ſuec.* 935.
Reaum. inſ. 5. *t.* 13. *f.* 12-23.
Blackw. herb. t. 87. *f.* 10.
Habitat in Scrophularia *varia.*
Maris femora poſtica linea flaua longitudinali ſubtus notata.

pratenſis. 13. T. antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, abdominis ſegmentis quatuor ferrugineis. *Fn. ſuec.* 928.
Friſch. inſ. 2. *t.* 1. *f.* 21-24.
Habitat in Europa.

14. T.

Cerasi. 14. T. antennis septemnodiis, corpore nigro, pedibus luteis.
Reaum. inf. 5. *t.* 12. *f.* 1-5.
Habitat in Cerasi *foliis, quae inuoluit vt mutetur.*

Salicis. 15. T. antennis septemnodiis, corpore flauo, vertice capitis thoracisque nigro. *Fn. suec.* 927.
Reaum. inf. 5. *t.* 11. *f.* 10.
Habitat in Salicibus *variis.*

mesomela. 16. T. antennis septemnodiis, abdomine subflauo: dorso nigro arcubus flauescentibus. *Fn. suec.* 936.
Habitat in Europa.

rufipes. 17. T. antennis septemnodiis, corpore nigro, abdomine cingulis duobus luteis, pedibus rubris.
Habitat in Europa.

campestris. 18. T. antennis septemnodiis, corpore nigro, abdominis cingulo flauo inaequali, pedibusque flauis.
Habitat in Europa.

atra. 19. T. antennis septemnodiis, corpore atro, pedibus rubris.
Habitat in Europa.

viridis. 20. T. antennis septemnodiis, corpore viridi, abdomine supra fusco.
Habitat in Europa.

Rosae. 21. T. antennis septemnodiis, corpore flauo, costa alarum superiorum longitudinali nigra. *Fn. suec.* 929.
Roes. inf. 2. *vesp. t.* 2. *Reaum. inf.* 5. *t.* 14. *f.* 10-12.
Habitat in Rosa.

cincta. 22. T. antennis septemnodiis, corpore atro, abdomine cingulo albo.
Habitat in Rosa.

liuida. 23. T. antennis septemnodiis, corpore atro, abdomine supra infraque liuido.
Habitat in Europa.
Alter sexus antennis annulo albo et puncto albo vtrinque ad basin abdominis; alter vero hac albedine caret.

septentrionalis. 24. T. antennis septemnodiis, pedibus posticis compressis dilatatis.

Habitat in Europa. *T. Holm, M. D. Danus.*
Antennae nigrae. Caput nigrum. Thorax niger. Abdomen cylindricum, ferrugineum, basi nigrum. Pedes ferruginei. Tibiae posticae basi albae, versus apicem duplici articulo compressae et dilatatae in figuram semicordatam, sed verticalem.

12-punctata. 25. T. antennis septemnodiis, corpore atro: punctis 12 albis.
Habitat in Europa.
Corpus totum nigrum. Macula alba utrinque ante alas in thorace. Scutellum album. Tria segmenta abdominis macula utrinque alba. Ultimum segmentum abdominis apice album. Femora secundi paris macula alba. Tibiae annulo flavo. Labia flava.

* * * * * *Antennis setaceis articulis plurimis.*

erythrocephala. 26. T. antennis setaceis, corpore caeruleo, capite rubro.
Vddm. diss. 89.
Habitat in Pino.
Mas totus ater, ore tibiisque anticis luteis.

Abietis. 27. T. antennis setaceis, corpore nigro, abdominis quatuor segmentis fuluis.
Habitat in Pino.

syluatica. 28. T. antennis setaceis, corpore nigro, pedibus thoracisque characteribus flauis. *Fn. suec.* 931.
Habitat in Europa.

nemoralis. 29. T. antennis setaceis, corpore atro, abdominis segmentis lateribus albis.
Habitat in Europa.

Cynosbati. 30. T. antennis setaceis, corpore atro, pedibus ferrugineis: posticis albo nigroque annulatis. *Fn. suec.* 937. *Reaum. inf.* 5. *t.* 15. *f.* 1-6.
Habitat in Rosa.

reticulata. 31. T. antennis setaceis, alis pallido fuscoque variis, venis eleuatis albis reticularis.
Habitat in Finlandia. *T. Holm.*
Caput nigrum futuris albis. Collum flauescens, vbi autem iungitur thoraci supra transuerse truncatum. Abdomen supra luteum, sed versus caudam nigrum. Alae

Alae fuscae fasciis pallidis, venis albis, crassis, elevatis, notabiliter admodum venosis.

Betulae. 32. T. antennis setaceis, corpore rubro, thorace ano oculisque nigris, alis postice fuscis.
Habitat in Betulis. *D. C. Solander.*
Magnitudo et statura T. erythrocephalae. Antennae setaceae rubrae, apice fuscae articulis 24. Caput rubrum sulcis 2 longitudinalibus. Oculi nigri. Puncta 3 conglobata nigra verticis. Thorax niger, antice ruber. Abdomen rubrum postico segmento nigro. Pedes rubri. Alae glaucae, versus apices fuscae.

saltuum. 33. T. antennis setaceis, corpore nigro, abdomine luteo.
Habitat in Suecia.

Addendae (*Larvas vidi, non exclusi.*)

intercus. 34. T. nigra, pedibus flavis.
Habitat in foliis Arctii, Atropae, *subcutaneus.*

Rumicis. 35. T. Rumicis Lapathi.
Reaum. inf. 5. *t.* 10. *f.* 13, 14.
Habitat in Rumicibus Lapathis *dictis.*

Vlmi. 36. T. Vlmi campestris.
Reaum. inf. 5. *t.* 10. *f.* 16.
Habitat in Vlmi campestris *foliis.*

Alni. 37. T. Betulae Alni.
Reaum. inf. 5. *t.* 11. *f.* 1, 2.
Habitat in Betulae Alni *foliis.*

Pruni. 38. T. Pruni.
Reaum. inf. 5. *t.* 12. *f.* 16.
Habitat in Pruno.

Lonicerae. 39. T. Lonicerae.
Reaum. inf. 5. *t.* 13. *f.* 8. 10.
Habitat in Lonicera.

Capreae. 40. T. Salicis. *Fn. suec.* 933.
List. goed. 125. *f.* 49. *Frisch. inf.* 6. *t.* 4.
Goed. inf. 1. *t.* 19. *Reaum. inf.* 5. *t.* 11. *f.* 5, 6.
Alb. inf. 59. *f. g. h.*
Habitat in Salicibus.

215. ICHNEVMON. *Os* maxillis absque proboscide.
Aculeus exsertus vagina cylindrica bivalui.
Abdomen saepius petiolatum.
Alae lanceolatae planae, in omni sexu.

* *Abdomine sessili apice mucronato.*

gigas. 1. I. abdomine mucronato ferrugineo: segmentis 3, 4, 5, 6 nigris, thorace villoso. *Fn. suec.* 925.
Linn. act. Stockh. 1739. *t.* 3. *f.* 7.
Reaum. ins. 6. *t.* 31. *f.* 1, 2.
De Geer. ins. 1. *t.* 36. *f.* 1, 2.
Roes. ins. 2. *vesp. t.* 8. 9.
Habitat in Suecia *frequens.*
Mas *abdomine mucronato ferrugineo: segmentis* 1, 7, 8 *fuscis. Thorace villoso; Pedibus posticis nigris; corpore sextuplo minore.*

Spectrum. 2. I. abdomine mucronato atro, thorace villoso litura ante alas lutea.
Fn. suec. 926.
Amoen. acad. 3. *p.* 325.
De Geer. ins. t. 36. *f.* 6.
Habitat in Lignis *putridis antiquis* Pini *et* Abietis.

Iuuencus. 3. I. abdomine mucronato atro-caerulescente, thorace unicolore villoso.
Fn. suec. 954.
De Geer. ins. 1. *t.* 36. *f.* 7.
Habitat in Syluis.
Similis I. spectro, sed caret litura ante alas lutea; aculeoque abdomine longe breuiore instruitur.

Camelus. 4. I. abdomine mucronato atro lateribus albo maculato, thorace laeui.
Vddm. diss. 82.
Habitat in Ligno *putrido.*
Antennae nigrae; praecedentium 1, 2, 3 *flauae.*

** *Scu-*

Ichneumonis *Larvae plerumque intra alia insecta, et imprimis intra Larvas Lepidopterorum aliorumque viuunt, quas intus consumunt.*

** *Scutello albido; Antennis fascia albida annulatis.*

fugillatorius. 5. I. scutello flauicante, thorace immaculato, abdomine atro: segmentis tribus vtrinque puncto albo.
Habitat in Europa.
Pedes nigri. Abdominis segmenta tria prima vtrinque vnico puncto albo.

raptorius. 6. I. scutello flauicante, thorace immaculato, abdominis segmento secundo tertioque luteis, reliquis apice albis.
Habitat in Europa.
Thorax immaculatus vel callo tantum ad basin alae. Femora posteriora 4 *nigra.*

farcitorius. 7. I. scutello flauicante, thorace immaculato, abdominis segmento tertio posterius secundoque ferrugineis, sexto flauo.
Fn. suec. 976.
Habitat in Europa.

extensorius. 8. I. scutello flauicante, thorace immaculato, abdominis segmento secundo tertioque ferrugineis, vltimis apice albidis.
Fn. suec. 980.
Habitat in Europa.

culpatorius. 9. I. scutello flauicante, thorace maculato, abdominis segmento secundo tertioque ferrugineis, reliquis nigris.
Habitat in Europa.

constrictorius. 10. I. scutello flauicante, thorace bidentato submaculato, abdominis segmento secundo ferrugineo.
Habitat in Europa.

saturatorius. 11. I. scutello flauicante, thorace maculato, abdominis nigri segmento vltimo albido.
De Geer. inf. 1. *t.* 23. *f.* 16.
Habitat in Europa.

crispatorius. 12. I. scutello flauicante, thorace submaculato, abdomine toto luteo-ferrugineo: apice subfuscescente.
Habitat in Europa.

Pisorius. 13. I. scutello flauicante, thorace maculato, abdomine toto luteo.

Fn. ſuec. 966, 968.
Habitat in Larua Phalaenae *Piſorum.*

* * * *Scutello albido; Antennis nigris totis.*

luctatorius. 14. I. ſcutello flauicante, thorace maculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque luteis.
Habitat in Europa.

volutatorius. 15. I. ſcutello flauicante, thorace variegato, abdominis ſegmentis omnibus dorſo flauis.
Habitat in Europa.
Pedes ruſi.

vaginatorius. 16. I. ſcutello flauicante, thorace maculato, abdominis ſegmentis margine flauis: primo quintoque vnicolore.
Habitat in Europa.
Pedes rubri: poſtici nigro faſciati.

perſuaſorius. 17. I. ſcutello flauicante, thorace maculato, abdomine atro: ſegmentis omnibus vtrinque punctis duobus albis.
Fn. ſuec. 964.
De Geer. inſ. 1. *t.* 36. *f.* 8.
Habitat in Europa.
Aculeus corpore longior. Pedes ferruginei. Abdomen ſeſſile; ſtatura I. manifeſtatoris.

deſignatorius. 18. I. ſcutello flauicante, thorace maculato, abdomine atro: ſegmentis primis quatuor vtrinque puncto albo.
Fn. ſuec. 965.
Habitat in Europa.
Pedes poſtici nigri.

edictorius. 19. I. ſcutello flauicante, thorace maculato: punctis vtrinque duobus abdomineque toto atro.
Habitat in Europa.

delitatorius. 20. I. ſcutello flauicante, thorace maculato: punctis vtrinque tribus abdomineque toto atro.
Habitat in Europa.

foſſorius. 21. I. ſcutello flauicante, thorace immaculato, abdomine toto atro.
Habitat in Europa.

* * * *

Sexus *diſtinctus ſaepe colore diuerſo gaudet, vnde calamitas Speciernm in hoc genere.*

* * * * *Scutello thorace concolore; Antennis fascia annulatis.*

ariolator. 22. I. thorace ferrugineo bispinoso, alis fasciis binis fuscis, abdomine fasciis duabus albis.
Habitat in America. *Mus. De Geer.*
Parvus. Linea alba inter utrumque oculum et Caput. Antennae nigrae annulo albo. Thorax a tergo postice dentibus duobus. Alae primores albae macula fusca in medio et apice; secundariae totae albae.

comitator. 23. I. ater totus, antennis fascia alba.
Habitat in Europa. *D. C. Solander.*

peregrinator. 24. I. niger, pedibus subclauatis abdomineque ferrugineis: segmentis duobus vltimus nigris, ano albido.
Habitat in Europa.
Pediculo duplo maior.

incubitor. 25. I. niger, abdomine ferrugineo; apice nigro macula alba, alis hyalinis, antennis fasciatis.
Habitat in Europa.

reluctator. 26. I. niger, abdomine medio piceo, tibiis anticis clauatis.
Habitat in Europa.
Aculeus longitudine fere corporis, ruber.

* * * * * *Scutello thoraci concolore; Antennis nigris setaceis.*

denigrator. 27. I. corpore atro, alis nigris lunula hyalina, abdomine testaceo subsessili.
Habitat in Europa. *G. T. Holm. M. D.*

desertor. 28. I. corpore luteo; alis fuscis: fasciis duabus albis.
Habitat in Europa.

Sequentes alas hyalinas gerunt.

coruscator. 29. I. corpore artubusque atris, alis fusco hyalinis.
Habitat in Europa.

manifestator. 30. I. corpore atro immaculato, abdomine sessili cylindrico, pedibus rufis.
Fn. suec. 956. *Rai. inf* 256. *n.* 18. *b.*
De Geer. inf. 1. *t.* 36. *f.* 9. *Reaum. inf.* 6. *t.* 29. *f.* 16.

Habitat in locis glareosis; *In fasciculo foliorum* Salicis *foramen dentibus rodebat; antennis insertis recognoscebat latentem* laruam. *Rolander.*
Aculeus corpore saepe duplo longior.

compunctor. 31. I. corpore atro immaculato. abdomine subpetiolato oblongo, pedibus rufis, aculeo antennis breuiore.
Habitat in Europa.

delusor. 32. I. corpore nigro, abdomine ferrugineo basi apiceque nigro, femorum posticorum patellis solis nigris.
Habitat in Europa.

venator. 33. I. corpore atro immaculato, abdominis basi subtus incarnata, pedibus rufis, aculeo retractili.
Habitat in Europa.

extensor. 34. I. corpore nigro immaculato, abdomine cylindrico, pedibus rufis, tentaculis setaceis.
Fn. suec. 986.
Habitat in Europa.

exarator. 35. I. corpore piceo immaculato, abdomine femoribusque clauatis, tentaculis setaceis, alis macula nigra albaque
Habitat in Europa.
Parum angustus longiusculis pedibus, aculeo corpore longiore.

Turionellae. 36. I. niger, abdomine cylindrico, macula alarum fusca alba inseta, tibiis posterioribus albo annulatis.
Habitat in Laruis Phalaenae Turionellae.
Antennae longitudine corporis; aculeus abdomine breuior; Pedes ferruginei; quatuor posteriores tibiae fuscae annulo albo; sed Mas hac nota destituitur.

Strobilellae. 37. I. niger, aculeo corpore duplo longiore, pedibus pallidis ferrugineis: posticis nigris.
Fn. suec. 971?
Habitat in Larua Phalaenae strobilellae.

Moderator. 38. I. niger, abdomine petiolato compresso, ore tentaculato, pedibus pallidis, aculeo corpore subbreuiore.
Habitat in Larua Ichneumonis strobilellae, *qua consumta folliculum cranio superstiti inaedificat. Rolander.*

39. I.

Reſinellae. 39. I. niger, pedibus flauis, abdomine ſubcylindrico ſeſſili, antennis baſi luteis.
Habitat in Phalaenae reſinellae *Larua. Rolander.*
Anguſtus, oblongus, immaculatus. Antennae corpore longiores; baſis antennarum flaua.

praerogator. 40. I. niger, pedibus flauis, abdomine oblongo obtuſo.
Habitat in Larua Phalaenae Salicis.
Antennae vix corporis longitudine, nec baſi flauae.

mandator. 41. I. niger, abdominis ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis: apice ſupra albo, antennis vnicoloribus.
Habitat in Europa.

titillator. 42. I. niger, abdomine pedibusque quatuor anterioribus ferrugineis.
Habitat in Europa.
Petiolus abdominis pedesque poſtici, exceptis plantis albis, nigri.

eneruator. 43. I. niger, abdominis tribus primis ſegmentis rufis: apice ſupra albo, antennis albo faſciatis.
Habitat in Europa.

grauidator. 44. I. niger, abdominis primo ſegmento ferrugineo abdomen dimidium obtegente.
Habitat in Europa.

inculcator. 45. I. niger, abdomine falcato toto ferrugineo.
Fn. ſuec. 972. *Reaum inſ.* 6. *t.* 30. *f.* 9.
Habitat in Europa.

pugillator. 46. I. niger, abdomine falcato: ſegmentis ſecundo tertio quartoque rufis, pedibus tenuibus ferrugineis.
Fn. ſuec. 975. *Rai. inſ.* 255. *n.* 17.
De Geer. inſ. 1. *t.* 6. *f.* 12.
Habitat in Phalaenae Ziczac *larua.*

ruſpator. 47. I. niger, abdomine ſubcylindrico, pedibus ferrugineis, femoribus clauatis: poſticis dentatis.
Habitat in Europa.

iaculator. 48. I. niger, abdomine falcato: ſegmento ſecundo tertio quartoque rufis, tibiis poſticis clauatis.
Fn. ſuec. 985. *Mouff. inſ. t.* 121.

De Geer. inſ. 1. *t.* 36. *f.* 10. *Reaum. inſ.* 4. *t.* 10. *f.* 14.
Habitat in Apis truncorum, floriſomniae, Sphegisque figuli *larus. Bergman.*

affectator. 49. I. niger, abdomine falcato: ſegmento ſecundo tertio quartoque latere rufis, tibiis poſticis clauatis.
Habitat in Europa.
Similis antecedenti, at dimidio minor, aculeo breuiſſimo, nec corpus aequante.

Appendigaſter. 50. I. niger, abdomine breuiſſimo thoraci impoſito, pedibus poſticis longiſſimis.
Reaum. inſ. 6. *t* 31. *f.* 13.
Brown. iam. 439. *t.* 44. *f.* 6.
Habitat in America. *In* Hiſpania. *Z. Hallman.*
Corpus nigrum. Alae paruae, hyalinae. Thorax punctis ſparſis excauatis, poſtice obtuſiſſimus, retuſus. Abdomen nitidum compreſſum, lenticulare, minimum, magnitudine ſeminis lini, dorſo thoracis affixum petiolo. Antennae filiformes, longiſſimae.

* * * * * * *Antennis luteis ſetaceis.*

luteus. 51. I. luteus, thorace ſtriato, abdomine falcato.
Fn. ſuec. 967. *Goed. inſ.* 2. *t.* 37.
Rai. inſ. 253. *n.* 6. *Liſt. goed. t.* 20. *f. C.*
Habitat in Europa *frequens ad plateas.*

ramidulus. 52. I. luteus, abdomine falcato: apice nigro.
Fn. ſuec. 969.
Rai. inſ. 253. *n.* 7.
Habitat in Europa.

glaucopterus. 53. I. luteus pectore nigro, abdomine falcato: ano nigro.
Fn. ſuec. 973.
Habitat in Europa.

circumflexus. 54. I. niger, abdomine falcato: antice luteo, pedibus poſticis nigro geniculatis. *Fn. ſuec.* 974.
Habitat in Europa.

cinctus. 55. I. ater, antennis pedibusque ferrugineis, alis albis faſciis duabus nigris.
Fn. ſuec. 984.
Habitat in Europa.

* * * * * * *

* * * * * * * *Minuti Antennis filiformibus. Abdomine ouato ſeſſili.*

Muſcarum. 56. I. auratus, pedibus flauis ſaltatoriis.
De Geer. inſ. I. *t.* 32. *f.* 19, 20.
Habitat in Laruis Muſcarum aphidiuorarum.

Bedeguaris. 57. I. auratus, thorace viridi, abdomine aureo. *Faun. ſuec.* 939.
Roeſ. inſ. app. t. 53. *f. F. H.*
Blank. inſ. 188. *n.* 12.
Habitat in Gallis Roſae, Quercus.
Aculeus longitudine corporis.

Iuniperi. 58. I. auratus viridis, antennis nigris, puncto alarum rubro.
Fn. ſuec. 987.
Habitat in Tipulae iuniperi *Larua.*

Puparum. 59. I. auratus caeruleus, abdomine viridi nitido, pedibus pallidis.
De Geer. inſ. I. *t.* 30. *f.* 18.
Roeſ. inſ. 2. *veſp. t.* 3.
Habitat in Pupis Papilionum.

Laruarum. 60. I. auratus viridis, abdomine nigro: macula dorſali purpuraſcente, pedibus flauis, antennis ſeptemnodiis.
De Geer. Act. Vpſal. mſſ.
Habitat in Laruis Phalaenarum variarum.

Cyniphidis. 61. I. auratus viridis abdomine fuſco: baſi cingulo pallido, pedibus flaueſcentibus. *Fn. ſuec.* 942.
Habitat in Laruis cyniphidis *gallarum Salicis pentandrae intus concameratarum.*
Antennis reliquisque parum differt a praecedenti.

Coccorum. 62. I. nigro-aeneus, abdomine caeruleſcente, pedibus luidis.
De Geer. inſ. I. *t.* 35. *f.* 17.
Habitat in Coccis.

Secalis. 63. I. niger, capite rufo, oculis viridibus.
Habitat in Laruis *ſpicarum* Secalis.

64. I.

subcutaneus. 64. I. niger, alis hirsutis: macula lunari nigra, antennis subfiliformibus.
De Geer. inf. 1. *t.* 30. *f.* 21.
Habitat in Larvis subcutaneis.

Aphidum. 65. I. niger, abdomine basi pedibusque anticis genubusque posticis, flavis. *Fn. suec.* 953.
It. gotl. 307.
Frisch. inf. 11. *t.* 19.
Habitat in Aphidibus.

Ouulorum. 66. I. niger, pedibus rufis, antennis filiformibus longis.
De Geer. inf. 1. *t.* 35. *f.* 11, 12, 13.
Habitat in ouis *Lepidopterorum.*

globatus. 67. I. niger, pedibus ferrugineis.
Fn. suec. 951.
Merian. eur. t. 22.
Frisch. inf. 6. *t.* 10.
Rai. inf. 255. *n.* 13.
Reaum. inf. 2. *t.* 35. *f.* 5, 6.
Derham. theol. l. 8. *c.* 6. *n.* 21.
Habitat in Culmis *intra Folliculum communem, bombycinum, subrotundum, album.*

glomeratus. 68. I. niger, pedibus flavis.
Fn. suec. 952.
Goed. inf. 1. *p.* 59. *n.* 11.
Reaum. inf. 2. *t.* 33. *f.* 2, 7, 8.
Mer. europ. t. 48.
De Geer. inf. 1. *t.* 16. *f.* 6.
Rai. inf. 260, 254. *n.* 12.
Roes. inf. 2. *vesp. t.* 3.
Habitat in Larvis Papilionum: *exeuntes proprios folliculos flavos nectunt, intra quos exclusae pupae observant Papilionis pupam, nuper exuta larva, in quam ova immittunt.*

pectinicornis. 69. I. ater, antennis ramosis.
De Geer. inf. 1. *t.* 16. *f.* 6.
De Geer. Act. Stockh. 1740. *p.* 464. *t.* 1. 4-6.
Habitat in Larvis subcutaneis Quercus.

216. SPHEX. *Os* maxillis absque proboscide.
Alae plano-incumbentes (nec plicatae), in omni sexu.
Aculeus punctorius reconditus.

* *Abdomine petiolato: petiolo elongato.*

argillacea. 1. S. ferruginea, abdominis petiolo vniarticulato curuato, antennis clauatis, maxillis porrectis.
Habitat in Surinami *intra globos argillaceos larua. Rolander.*
Maxillae prominent edentulae, rostrum biualue ambientes.

fabulosa. 2. S. nigra hirta, abdominis petiolo biarticulato: segmento secundo tertioque ferrugineis.
Frisch. inf. 2. t. 1. f. 6, 7.
Habitat in terra fabulosa Europae, *vbi Canis instar pedibus anterioribus cuniculum fodit laruamque Phalaenae vel Araneam seminortuam in eo sepelit, cui ouulum concredit; quo facto orificium terra claudit.*
Alae abdomine dimidio breuiores. Rostrum retractile biualue linguam continens.

asiatica. 3. S. ferruginea, thorace variegato, abdominis petiolo macula vtrinque ad basin flaua, thorace variegato. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

aegyptia. 4. S. nigra, petiolo abdominis pedumque articulis dimidiatis flauis.
Habitat in Aegypto. *Hasselquist.*

feruens. 5. S. nigra, abdomine petiolato ferrugineo, alis caerulescentibus. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

inda. 6. S. atra, abdomine petiolato, alis nigro-caerulescentibus margine tenuiore hyalino. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Facie cum antecedenti conuenit.

clauipes. 7. S. nigra, abdominis petiolo ferrugineo vniarticulato clauato, pedibus clauatis.
Habi-

Sphegis *Larvae consumunt occisa Insecta ad quae mater ova sepelit.*

Habitat in Europa.
Parua eſt. Abdomen ferrugineum excepto petiolo. Femora et tibiae poſticae clauata.

Spirifex. 8. S. atra, thorace hirto, petiolo vniarticulato flauo longitudine abdominis.
Reaum. inſ. 6. *t.* 28. *f.* 5.
Habitat in Europa *auſtrali; in cylindris ſpiralibus terreis ſub tectis.*
Longitudo Crabronis: petiolus cylindricus flauus. Pedes 1, 2, 3, 4 *flaui, baſi femorum nigri. Pedes* 5, 6 *flaui, ſed apicibus femorum et tibiarum nigris.*

figulus. 9. S. atra, abdomine ſubpetiolato: marginibus ſegmentorum lucidis.
Habitat Vpſaliae *in parietum ligneorum foraminibus ab aliorum inſectorum laruis factis relictisque, quae primo purgat circumroditque, deinde fundum argilla obducit, cui Araneam imponit, cique ouulum concredit, quo facto nidum argilla claudit. Larua apoda, pallida, laruisque Apum ſimilis, conſumta Aranea membranam luteo-fuſcam et tenerae pupae aptiſſimam net. Vna mater perplurimos nidos conſtruit et plerumque non vltra biduum in quouis adornando conſumit. T. Bergmaṅ.*
Alae abdomine breuiores. Abdomen petiolatum atrum marginibus ſegmentorum lucidis, ſi quis eos a capite oblique intueatur.

* * *Abdomine ſubſeſſili.*

viatica. 10. S. nigra, alis fuſcis, abdomine antice ferrugineo: cingulis nigris.
Fn. ſuec. 977. *Amoen. acad.* 3. *p.* 330.
Rai. inſ. 254. *n.* 9. *et iun.* 22. Veſpa miraculoſa.
Friſch. inſ. 2. *t.* 1. *f.* 13.
Habitat in Europa; *fodit cuniculum, occidit laruam Phalaenae, attrahit, ſepelit, impoſito ouo, obturat.*

pectinipes. 11. S. nigra glabra, abdomine anteriore ferrugineo, pedibus primariis ciliatis.
Habitat in Europa.

variegata. 12. S. nigra tota, alis albo maculatis.
Habitat in Europa.

13. S.

indica. 13. S. atra, pedibus antennisque ferrugineis, alis atro-caeruleſcentibus. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

tropica. 14. S. nigra, oculis albis, abdominis ſegmento ſecundo lariore ferrugineo. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

Colon. 15. S. nigra, pedibus antennisque rufis, thorace viridi, alis maculis duabus nigris.
Habitat in Suecia.

gibba. 16. S. nigra, abdomine ferrugineo apice fuſco, alis primoribus apice nigricantibus.
Habitat in Suecia.

rufipes. 17. S. atra, abdominis ſegmentis vtrinque macula alba, alis apice fuſcis, pedibus poſticis rubris.
Habitat in Europa.

arenaria. 18. S. abdominis faſciis quatuor flauis: primo ſegmento duobus punctis flauis. *Fn. ſuec.* 994.
Habitat in arena *ad templum acceſſorium Fahlunenſe.*

foſſoria. 19. S. thorace immaculato, ore argenteo, abdomine maculis vtrinque 4 albis.
Habitat in Europae *montibus ſabuloſis.*

leucoſtoma. 20. S. atra glabra, labio argenteo, palmis fuſcis.
Habitat in Europa.

vaga. 21. S. thorace bipunctato, abdominis faſciis 3 flauis: primis interruptis, tibiis flauis. *Fn. ſuec.* 997.
Habitat in Europa.

caerulea. 22. S. caerulea, alis ferrugineis baſi nigris. *Muſ. De Geer.*
Habitat in America *meridionali.*
Magnitudo *Crabronis.* Alae *ferrugineae, baſi nigrae, apice albicantes.* Antennae *baſi nigrae, apice ferrugineae.*

ignita. 23. S. glabra nitida, thorace viridi, abdomine aureo: apice quadridentato.
Fn. ſuec. 1004.
Friſch. inſ. 9. *t.* 10. *f.* 1.
Habitat in muris Europae.

24. S

aurata. 24. S. glabra nitida, thorace viridi, abdomine aureo bidentato.
Habitat in muris Europae.

cyanea. 25. S. glabra nitida, thorace abdomineque caeruleo: apice tridentato.
Habitat in muris Europae.

217. VESPA. *Os* maxillis absque proboscide.
Alae superiores plicatae, in omni sexu.
Aculeus punctorius reconditus.

Crabro. 1. V. thorace nigro antice rufo immaculato, abdominis incisuris puncto nigro duplici contiguo.
Fn. suec. 988. *Aldr. inf.* 225.
Mouff. inf. 50. *Frisch. inf.* 9. *t.* 11. *f.* 1.
Rai. inf. 250. *Swam. bibl. t.* 26. *f.* 9.
Reaum. inf. 6. *t.* 18. *f.* 1.
4. *t.* 10. *f.* 9.
Habitat in Europae *arboribus cauis f. sub earum radicibus. Accipiter Apum.*

vulgaris. 2. V. thorace lineolis 3 parium differentium flauescentium, abdominis incisuris punctis nigris distinctis. *Fn. suec.* 989.
Mouff. inf. 52. *Reaum. inf.* 6. *t.* 17. *f.* 7, 8.
Rai. inf. 250. *Frisch. inf.* 9. *t.* 12. *f.* 2.
Aldr. inf. 198. *Swamm. bibl. t.* 26. *f.* 8.
Habitat in Europa *sub tectis frequens; praedatur Muscas, furatur mel Apum.*

rufa. 3. V. thorace lineolis punctisque duobus flauis, abdomine flauo antice ferrugineo.
Fn. suec. 998.
Reaum. inf. 6. *t.* 14?
Habitat in Europa.

parietum. 4. V. nigra, abdomine fasciis quinque flauis: prima remotissima.
Fn. suec. 990.
Frisch. inf. 9. *t.* 12. *f.* 1.
Habitat in foraminibus parietum *ligneorum.*

5. V.

muraria. 5. V. nigra, thorace basi flauescente, abdomine fasciis quatuor flauis: prima remotissima.
Fn. suec. 991.
Frisch. inf. 9. *p.* 24. *t.* 12. *f.* 8, 9.
Habitat in muris.

cribraria. 6. V. nigra, abdomine fasciis sex flauis: intermediis tribus interruptis, tibiis anticis clypeis cribriformibus.
Rai. inf. 255. Vespa ichneumon pedibus anterioribus velut clypeatis.
Roland. act. Stockh. 1751. *p.* 56. *t.* 3. *f.* 1.
Vdam. diss. 94. Apis tibiis anticis lamella cribriformi.
Habitat in Europa.

spinipes. 7. V. nigra, tibiis incisurisque abdominis flauis, femoribus intermediis denticulatis.
Habitat in Suecia. *T. Bergman.*

rupestris. 8. V. abdominis segmento secundo maiore maculis duabus ouatis albidis, pedibus antennisque ferrugineis.
Habitat ad Lapidum *latera australia, nidum ex fistulis aggregatis conficiens. Rolander.*

coarctata. 9. V. abdominis primo articulo infundibuliformi, secundo campanulato maximo.
Fn. suec. 1002.
Frisch. inf. 9. *t.* 9.
Habitat in Europa.

aruensis. 10. V. abdominis fasciis quatuor flauis: tertia interrupta.
Fn. suec. 992.
Habitat in Europa.

biglumis. 11. V. thoracis scutello bispinoso, abdominis segmentis margine albis: secundo punctis duobus albis.
Fn. suec. 1011.
Habitat in Europa; *trahit occisas Muscas se saepe triplo maiores.*

vniglumis. 12. V. thoracis scutello mucronato, abdominis segmentis punctis duobus albis sublateralibus.
Habitat in Europa.

13. V.

Vespae *viuunt in Societate gynaecocratica, fauos struunt, insecta gymnoptera denastant.*

cornuta. 13. V. roſtro corneo ſubulato, abdomine atro: ſegmento ſecundo maiore. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Thorax latere dentatus. Roſtrum binalue. Alae nigrae. Mas cornibus duobus capite duplo longioribus.

ſignata. 14. V. thorace ſupra nigro lineis quatuor faſciolisque duabus flauis. *M. L. V.*
Habitat in America.

canadenſis. 15. V. thorace ſquamis duabus, abdominis ferruginei ſegmento primo obconico.
Habitat in America *ſeptentrionali. P. Kalm.*

emarginata. 16. V. ſcutello emarginato, abdominis nigri petiolo incuruo vtrinque vnidentato. *M. L. V.*
Habitat in America.

calida. 17. V. nigra, abdominis apice antennisque ſuluis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

218. APIS. *Os* maxillis atque proboſcide inflexa vaginis duabus biualuibus.
Alae planae, in omni ſexu.
Aculeus Feminis et Neutris punctorius reconditus.

longicornis. 1. A. antennis filiformibus longitudine corporis hirſuti fuluique.
Swamm. bibl. t. 26. f. 6.
Habitat in Europa.

tumulorum. 2. A. antennis filiformibus longitudine corporis nigri, pedibus maxillisque flaueſcentibus.
Faun. ſuec. 1000. Apis nigra, pedibus maxillisque flauis.
It. gotl. 336.
Habitat in Wiſingſoae *Tumulis ſepulchralibus.*

clauicornis. 3. A. antennis clauatis longitudine corporis nigri, abdominis faſciis duabus flauis interruptis.
Habitat in Europa.

4. A.

Apes *viuunt in Societate gynaecocratica, fauos ſtruunt cereos, et mel e nectare florum hauriunt.*

centuncularis. 4. A. nigra, abdomine subtus lana fulua. *Fn. suec.* 1010. *Rai. inf.* 242. Apis syluestris, corpore longo angusto. *Reaum. inf.* 6. *t.* 10. *f.* 3, 4.
Frisch. inf. 11. *t.* 2?
Habitat in Europa *intra terram plures nidos cylindricos ex foliis* Rosae *formans, tamquam centunculos. Amoen. acad.* 3. *p.* 320.

cineraria. 5. A. nigra, thorace hirsuto albicante: fascia nigra.
Habitat in Europa.

surinamensis. 6. A. atra, alis atro-caeruleſcentibus, abdominis petiolo obouato.
Habitat in America. *Rolander.*
Magna, facie Sphegis, sed lingua instructa.

retusa. 7. A. nigra subhirta, abdominis basi retusa, tibiis posticis extus lanatis.
Habitat in Europa.

rufa. 8. A. fusca, abdomine rufeſcente, fronte alba.
Rai. inf 242. Apis syluestris parua, abdomine breuiore.
Fn. suec. 1009. Apis hirsuta, capite nigro, abdomine rufo, fronte alba.
Habitat in Europa.

bicornis. 9. A. fronte bicorni, capite nigro, abdomine hirsuto. *Fn. suec.* 1008.
Habitat in Europa.
An prioris femina? copula connexas vidit P. Forsskål.

truncorum. 10. A. nigra glabra, fronte albida pubeſcente, abdomine segmentis margine albidis, subtus flauicante.
Habitat in Europa.

dentata. 11. A. nitida viridis, alis nigris, femoribus posticis dentatis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

cordata. 12. A. nitida viridis, alis hyalinis, abdomine cordato, tibiis posticis dilatatis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

heluola. 13. A. rufa villosa oblonga subtus albida.
Habitat in Europa.

succincta. 14. A. thorace flauescente subuilloso, abdomine nigro: cingulis quatuor albis.
Habitat in Terris australibus.
Rostrum subulatum, cornicum, biualue.

zonata. 15. A. subpubescens fusca, abdomine cingulis quatuor caeruleis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

caerulescens. 16. A. fusca subuilloſa, abdomine caerulescente: incisurarum marginibus albicantibus.
Habitat in Europa.

mellifera. 17. A. pubescens, thorace subgriseo, abdomine fusco, pedibus posticis glabris vtrinque margine ciliatis.
Fn. suec. 1003.
Mouff. inſ 2. *Swamm. bibl. t.* 17. *f.* 1. *operaris.*
Aldr. inſ. 20. *f.* 3. *femina.*
Ionſt. inſ. 1. *t.* 2. *f.* 4. *mas.*
Rai. inſ. 240.
Reaum. inſ. 5. *t.* 21. 23. *t.* 22. *f.* 1. *operaria.*
f. 2. *mas.*
f. 4. *femina.*
Habitat in Europae *arboribus cauis, frequentius culta.*
REGINA (Femina) *vnica, altior, oblongior, aculeata.* FVCI (Mares) *ad* 1600, *inermes, antennis* 11 *articulatis.* OPERARIAE (Spadones) *ad* 20000, *antennis* 13-*articulatis, ventriculis* 2 *mellis ceraeque, aculeatae. Enſe retrorſum ſerrato venenato latente intra vaginam cuſpidatam.*
RESPVBLICA *Aluearii gynaecocratica eſt, dum* Femina *imperans ſemper incluſa, operariorum cuſtodum ſatellitio aſſidue ſtipata, antennis obuium Marem quemcunque ſalutat, inſiliendoque comprimit cum illius vitae diſpendio: parit dein oua ad* 40000 *ſaepe quotannis in adaptatis faui cellis: primum neutra, dein maſcula, demum nonnulla feminina; his excluſis gradu* 2*do ſupra calorem aeſtatis ordinariae, adoleſcunt Laruae ſextiduo, nent ad parietes cellae, operiuntur vsque dum adultae euolant, alteroque die mellificant. Mares, ignauum pecus, incurii apricantur ſerenis diebus, gulae dediti.* Spadones *operarii, neutri, indefeſſi, mel e nectare, ceram e polline florum ſedulo legunt* $\frac{1}{4}$ *milliaris ſpatio, quoties per coelum licet, reducunt, fauos cereos*

cereos ſtruunt ſexangulari-prismaticos, eosque melle replent, feminam mares pullosque nutriunt, cellas inhabitatas repurgant, immunda auferunt, vigilias et ſtationes ad portas inſtituunt, hoſtes arcent aculei ictu venenato ſibi ipſis licet lethali, maresque demum transactis nuptiis expellunt. Hoſtes imprimis ſunt Motacillae, Hirundines, Pauones, Buſones, Mures, Crabrones, Veſpae, Pediculi, Apes fures, Mellonellae, Fumus etc. Flores *melliferi, non omnes, praecipui ſunt Echium, Borago, Verbaſcum, Serpyllum alii; imprimis Erica Suecis, Fagopyrum Scanis, Tilia Polonis, Rosmarinus Narbonenſibus, Thymus Atticis, Arbutus Corſicis, Abſinthium Sardinis, Aconitum Ponticis etc. hinc pretium varium mellis: Vide* Reaumurium, Aubenton.

subterranea. 18. A. pubeſcens, thorace griſeo, abdomine fuſco, pedibus vndique villoſis.
Habitat in Terra *fabuloſa ſicciore, quam foraminibus pluribus parum remotis penetrant et diſtinctae aedificant plures.*

variegata. 19. A. thorace abdomineque albo variegato.
Habitat in Europa.

roſtrata. 20. A. labio ſuperiore conico inflexo, abdominis faſciis glaucis repandis.
Fn. ſuec. 999. Apis pedibus maxillisque flauis apice nigris, incuſuris abdominis glabris margine nigris.
It. gotl. 336.
Habitat in Europae *monticulis arenoſis.*

manicata. 21. A. nigra, pedibus anticis hirſutiſſimis, ano multidentato, abdomine maculis flauis.
Habitat in Europa.

4-dentata. 22. A. fuſca abdominis cingulis quinis albidis, ano quadridentato: intermediis biſidis.
Swamm. bibl. t. 26. *f.* 4.
Habitat in Europa.

floriſomnis. 23. A. nigra, abdomine ſubcylindrico incuruo apice bidentato, tibiis poſticis apice ſpinoſis.
Habitat in Europa, *per noctes floribus inhaerens.*

conica. 24. A. fusca, abdomine conico acutissimo: segmentorum marginibus albis. *Fn. suec.* 1006.
Rai. inf. 252. *n. vlt.*
Reaum. inf. 6. *t.* 11. *f.* 2, 3, 4.
Habitat in terrae *cauitatibus.*

annulata. 25. A. nigra, fronte annulisque pedum nigris.
Habitat in Europa.

ruficornis. 26. A. antennis pedibus punctisque duobus thoracis ferrugineis.
Habitat in Europa.

ichneumonea. 27. A. rostro corneo recto, abdomine petiolato, thoracis susuris aureo-nitentibus.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis Ichneumoni, A. melliſera maior. Linguae *vagina recta, nec reflexa, apice bifida.* Antennae *nigrae.* Thorax *nigricans susuris aureis nitentibus.* Abdomen *nigrum, segmentis tribus primis ferrugineis.*

carioſa. 28. A. fusca subuilloſa, fronte pedibusque flauis.
Fn. suec. 1001.
Habitat in Europae *ligno carioſo.*

* *Bombinatrices hirsutissimae.*

violacea. 29. A. hirsuta atra, alis caeruleſcentibus.
Pet. gaz. t. 12. *f.* 5. Bombylius lusitanicus e nigro caeruleſcens.
Reaum. inf. 6. *t.* 5. *f.* 1, 2.
Habitat in Truncis exsiccatis Europae australis, *quos perforat, longitudinaliter excauat, ibique plures nidos a fundo incipiens polline herbarum melle mixto replet et vnicuique ouum concredit. Nidi distinguuntur 4 l. 5 annulis ligneis. Nymphae caput deorsum spectat vt in fundo exitum quaerat Apis perfecta.*

terrestris. 30. A. hirsuta nigra, thoracis cingulo flauo, ano albo.
Faun. suec. 1012.
Mouff. inf. 53. *t.* 12.
Goed. inf. 2. *t.* 46.
List. goed. f. 105.
Reaum. inf. 6. *t.* 3. *f.* 1.
Bradl. natur. t. 26. *f.* 1. *D.*
Rai. inf. 247. *n.* 8.
Frisch. inf. 9. *t.* 13. *f.* 1.
Habitat in Europae *terra, sub qua profunde nidum ponit.*

31. A.

Lapidaria. 31. A. hirſuta atra, ano fuluo. *Fn. ſuec.* 1015.
Friſch. inſ. 9. *p* 25. *n.* 2.
Reaum. inſ. 6. *t.* 1. *f.* 1-4.
Habitat in aceruis Lapidum.

Muſcorum. 32. A. hirſuta fulua, abdomine flauo. *Fn. ſuec.* 1017.
Friſch. inſ. 9. *p.* 26. *n.* 8.
Reaum. inſ. 6. *t.* 2. *f.* 1-3.
Habitat ſub Muſco *terreſtri.*

Hypnorum. 33. A. hirſuta fulua, abdominis faſcia nigra, ano albo.
Fn. ſuec. 1018.
Reaum. inſ. 6. *t.* 4. *f.* 1.
Habitat ſub Muſcis.

aceruorum. 34. A. hirſuta atra. *Fn. ſuec.* 1013.
Habitat ſub terra.

ſubterranea. 35. A. hirſuta atra, ano fuſco. *Fn. ſuec.* 1014.
Habitat ſub terra.

ſurinamenſis. 36. A. hirſuta nigra abdomine, excepto primo ſegmento, flauo.
Habitat Surinami. *Rolander.*

aeſtuans. 37. A. hirſuta nigra, thorace flauo. *M. L. V.*
Habitat in calidis *regionibus.*

tropica. 38. A. hirſuta nigra, abdomine poſtice flauo. *M. L. V.*
Habitat in calidis *regionibus.*

alpina. 39. A. hirſuta, thorace nigro, abdomine luteo. *Faun. ſuec.* 1016.
Habitat in Lapponiae *alpibus.*

218. FORMICA. *Squamula* erecta thoraci abdomini que interiecta.
Aculeus Feminis et Neutris reconditus.
Alae Maribus et Feminis; ſed Neutris nullae.

herculeana. 1. F. nigra, abdomine ouato, femoribus ferrugineis.
Fn. ſuec. 1019. Formica magna.

It. gotl. 232. Formica magna, Hippomyrmex.
Rai. inſ. 69. Formica maxima.
Habitat in Europae *truncis putridis vagabunda; in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

rufa. 2. F. thorace compreſſo toto ferrugineo, capite abdomineque nigris.
Fn. ſuec. 1020. Formica rufa.
Rai. inſ. 69, Formica media rubra.
Habitat in Europae *aceruis aceroſis ſyluaticis; in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

fuſca. 3. F. cinereo-fuſca, tibiis pallidis.
Fn. ſuec. 1022. Formica fuſca.
Rai. inſ. 69. Formica media, nigro colore ſplendens.
Habitat in Europa *terra ſabuloſa.*

nigra. 4. F. tota nigra nitida, tibiis cineraſcentibus.
Fn. ſuec. 1023. Formica atra.
Rai. inſ. 69. Formica minor e fuſco nigricans.
Habitat in Europae *terra.*

obſoleta. 5. F. ſupra nigra, ſubtus teſtaceo rufa, abdomine ſubgloboſo.
Habitat in Europae *terra.*

rubra. 6. F. teſtacea, oculis punctoque ſub abdomine nigris.
Fn. ſuec. 1022. Formica rubra.
Rai. inſ. 69. Formica minima rubra.
Habitat in Europae *tuberibus graminoſis.*

Pharaonis. 7. F. rufa, abdomine magis fuſco. *M. L. V.*
Habitat in Aegypto; *minima.*

Salomonis. 8. F. rubra, abdomine nigro ſubuilloſo. *M. L. V.*
Habitat in Aegypto, Arabia, Palaeſtina.

ſacchariuora. 9. F. nigra, pedibus antennis maxillisque rufis.
Brown. iam. 440. Formica minima ſacchariuora.
Habitat in America *intra culmos ſacchari nidificans eosque deſtruens.*
Corpus adſperſum pilis albidis. Squama petioli craſſa integra. Magnitudo F. caeſpitum.

10. F.

Formicae *viuunt in ſocietate, infeſſae corradunt quisquilias et in acernum Societatis congerunt; at plebecula haec ſpadonum ſub nuptiis inſeruit nouis nuptis, et peractis puerperiis expellit parentes, retentis liberis pro conſeruatione familiae.*

caespitum. 10. F. petiolo nodis duobus alternis: posteriore maiore.
Habitat in Europae *tuberibus.*

omniuora. 11. F. thorace bidentato, petiolo binodoso, corpore testaceo, abdomine fusco.
Brown. iam. 440. Formica domestica omniuora.
Habitat in America *meridionali, consumens et dilacerans omnia cibaria.*
Thorax *laevis, adspersus punctis vix conspicuis elevatis.* Abdomen *fuscum, pilis albis vix manifestis.* Petiolus *nodis duobus tertiusculis.* Corpus *testaceum, minutissimum.*

bidens. 12. F. thoracis gibbere bidentato, capite ouato, antennis ferrugineis: articulo infimo nigro.
Habitat in America *meridionali. Rolander.*
Caput *ouatum.* Antennae *articulo primo longo nigro, reliquis brevissimis ferrugineis.* Thorax *in medio spinis* 2 *obtusiusculis, brevissimis, approximatis, s. gibbere bidentato notatus.*

sexdens. 13. F. thorace sexspinoso, capite didymo, vtrinque postice mucronato.
Habitat in America *meridionali. Rolander.*
Caput *pone bilobum s. didymum, vtrinque postice terminatum spina solitaria.* Thorax *a tergo spinarum tribus paribus armatum: quarum* 2 *priores antrorsum prominentes; mediae* 2 *minimae sunt; posteriores* 2 *erectae.* Petiolus *Abdominis articulis duobus nodosus.*

cephalotes. 14. F. thorace quadrispinoso, capite didymo magno vtrinque postice mucronato.
Merian. surin. t. 18. *f. maiores.*
Marcgr. bras. 252. Formica magna.
Habitat in America *meridionali.*
Corpus *totum ferrugineo-pubescens.* Caput *crassissimum, rotundatum, postice didymum cum spina vtrinque brevi.* Thorax *antice spinis* 2 *erectis, distantibus; postice spinis* 2 *erectis, approximatis.* Petiolus *abdominis tuberculis duobus, vno post alterum, notatus.*

atrata. 15. F. thorace quadrispinoso, capite depresso marginato vtrinque bispinoso.
Marcgr. bras. 252. Tapiiai.

Habitat in America *meridionali. Rolander.*
Caput *obtusum, depressum, utroque latere elevato-marginatum, postice utrinque bispinosum, s. duplici aculeo mucronatum.* Maxillae *brevissimae.* Corpus *atrum.* Thorax *spinis* 4, *omnino vt in praecedenti.* Petiolus *abdominis tuberculis* 2, *vno post alterum, loco squamae.*

haemato-da. 16. F. squama petiolari conica, capite subdidymo, maxillis porrectis rubris.
Habitat in America *meridionali. Rolander.*
Caput *oblongum, depressiusculum, postice bilobum absque punctis.* Maxillae 2, *rectae, parallelae, prominentes, exsertae, rubrae, edentulae.* Thorax *inermis.* Abdomen *nigricans:* Petiolo *Squama conica acuta.* Pedes *flavi.* Alae *hyalinae.* Corpus *nigrum.*

foetida. 17. F. gibbere petiolari transuerse compresso, abdominis primo segmento contractiore, maxillis porrectis.
Habitat in America *meridionali. Rolander.*
Caput *nigrum, supra punctis* 3 *elevatis, quod non in praecedentibus americanis.* Maxillae *exsertae, longiusculae, rectae, parallelae.* Thorax *inermis.* Abdomen, *vti Pedes, pilis vagis adspersum: articulo primo contractiore.* Petiolus *vnico articulo supra tuberculo gibbo, antice posticeque compresso et postice transuersim striato.* Alae *hyalinae.*

219. MVTILLA. *Alae* nullae in omni sexu.
Corpus pubescens. *Thorax* postice retusus.
Aculeus reconditus punctorius.

occidentalis. 1. M. coccinea, abdomine cingulo nigro.
Pet. mus. 404. *gaz. t.* 13. *f.* 4.
Catesb. car. 3. *p.* 15. *t.* 15.
Habitat in America *septentrionali.*

americana. 2. M. nigra, abdomine maculis rufis quatuor lineisque tribus albis.
Habitat in America *australi.*

An-

Genus *dubium huc retuli ob faciem, staturam et aculeum ani punctorium, quamuis alis destituantur species cuiusuis sexus.*

Antennae subulatae, nigrae. Thorax *ater, utrinque macula alba in medio, etiam macula alba utrinque in posteriore parte thoracis.* Abdominis *primum segmentum magnum, maculis 4 rufis, quarum 2 priores minores; reliqua segmenta maculis 3 magnis albis, unde abdomen postice lineis tribus albis longitudinalibus.*

indica. 3. M. nigra, abdomine fascia lutea lineaque alba.
Habitat in Indiis.

europaea. 4. M. nigra, abdomine fasciis tribus albis interruptis, thorace antice rufo.
Vddm. diss. 98. *t.* 17. Apis aptera.
Habitat in Europa.

barbara. 5. M. nigra, abdomine punctis albis ter tribus, thorace rufo.
Habitat in Mauritania. *E. Brander.*
Maculae albae supra abdomen 3, *in triplici serie transuersa.*

maura. 6. M. nigra, abdomine maculis tribus albis.
Habitat in Mauritania. *E. Brander.*
Praecedenti minor, tota nigra, sed maculae supra abdomen albae: una parua ad basin; una ad apicem; duae paulo maiores ad latera in medio abdominis.

Acarorum. 7. M. glabra rufa, capite abdomineque postico nigro.
Habitat inter Acaros.
Haec differt a reliquis quod glabra nec tomentosa sit, et videtur potius Sphex aptera *esse; segmentum* 1, 2 *abdominis rufa, reliqua nigra.*

formicaria. 8. M. glabra rufa, capite abdomineque pubescente nigris.
Habitat in Europa. *D. C. Solander.*
Praecedenti duplo maior. Abdomen totum nigrum et parum villosum.

VI. DI-

VI. DIPTERA.

Alae *duae.*
Halteres *clauati, solitarii, pone singulam alam, sub squamula propria.*

220. OESTRVS. *Os* absque proboscide aut rostro exserto.

Bouis. 1. OE. alis maculatis, thorace flauo fascia fusca, abdomine flauo apice nigro. *Fn. suec.* 1024. *It. Wgot.* 202. *Rai. inf.* 271. *Derham. theolog. l.* 8. *c.* 6. *n.* 11. *Vallisn. nat.* 1. *t.* 28. *Reaum. inf.* 4. *t.* 36-38. *Habitat intra* Boum *dorsum.*
Hoc illud Insectum --- cui nomen Asilo Romanum est, Oestrum graeci vertere vocantes, Asper, acerba sonans, quo toto exterrita siluis Diffugiunt armenta.

Tarandi. 2. OE. alis immaculatis, thorace flauo fascia nigra, abdomine fuluo apice flauo. *Fn. suec.* 1029. *Flor. lapp.* 360. *n.* 517. *Linn. Act. Stockh.* 1739. *t.* 3. *f.* 5, 6. *Act. Vpsal.* 17. . . *Habitat intra Cerui* Tarandi *dorsum.* *Huius caussa Lappones quotannis cum grege migrant e Lapponia syluatica in Alpes lapponicas.*

nasalis. 3. OE. alis immaculatis, thorace ferrugineo, abdomine nigro pilis flauis. *Fn. suec.* 1026. *Habitat in* Equorum *fauce, per nares intrans.*

haemorrhoidalis. 4. OE. alis immaculatis, thorace nigro: scutello pallido, abdomine nigro: basi albo apiceque fuluo. *Fn. suec.* 1028. *Frisch. inf.* 5. *t.* 7. *Reaum. inf.* 4. *t.* 35. *f.* 3-5. *Habitat in* Equorum *intestino recto, mire per anum intrans.*

5. OE.

Oestri *Larvae latent intra* Mammalium *corpus, vbi per totam hyemem nutriuntur.*

Ouis. 5. OE. alis immaculatis, thorace abdomineque ferrugineo nigro-maculato. *Fn. ſuec.* 1027.
Valliſn. nat. I. *p.* 224. *t.* 27.
Reaum. inſ. 4. *t.* 35. *f.* 21-24.
Habitat in Ouium *ſinu frontis.*

221. TIPVLA. *Os* capitis elongati labiis lateralibus inſtructum Palpisque duobus incuruis tectum, absque proboſcide et roſtro.

* *Alis patentibus.*

pectinicornis. 1. T. antennis pectinatis, alis macula nigra, thorace flaveſcente.
Habitat in Suecia.
Antennae pectinatae radiis oppoſitis, ſed in altero ſexu intra ſingulum par radiorum mucro capitatus ſolitarius, in altero geminus.

riuoſa. 2. T. alis hyalinis riuulis fuſcis maculaque niuea. *Faun. ſuec.* 1121.
Act. Stockh. 1739. *t.* 9. *f.* 8. *Rai. inſ.* 72. *n.* 4.
Habitat in Europa.

crocata. 3. T. alis macula fuſca, abdomine atro faſciis fuluis. *Fn. ſuec.* 1123.
Rai. inſ. 72. *n.* 4.
Reaum. inſ. 5. *t.* I. *f.* 14, 15, 16.
Habitat in Europa.

oleracea. 4. T. alis hyalinis coſta marginali fuſca. *Fn. ſuec.* 1124.
Goed. inſ. 2. *t.* 44. *Bradl. nat. t.* 25. *f.* 3.
Liſt. goed. f. 139. *Friſch. inſ.* 4. *t.* 12.
Leuwenh. nat. 1693. *f.* 4. 5.
1714. *f.* 4.
Habitat in Europa *ad* radices *plantarum, oleribus et plantis cultis infeſta.*

hortorum. 5. T. alis hyalinis: maculis ſparſis albis obſoletis. *Faun. ſuec.* 1125.
Rai. inſ. 72. *n.* 6. *Alb. inſ. t.* 61.
Habitat in Europa.

6. T.

Tipulae *Larvae communiter ſub radicibus vegetabilium degunt et radices exedunt.*

variegata. 6. T. alis hyalinis: macula pallida obsoleta, corpore nigro luteoque vario. *Fn. suec.* 1131.
Habitat in Europa.

contaminata. 7. T. alis nigro maculatis, corpore nigro. *Fn. suec.* 1134.
Habitat in Europa.

lunata. 8. T. alis cinerascentibus: lunula marginali alba. *Faun. suec.* 1126.
Rai. inf. 73. *n.* 10. *Reaum. inf.* 5. *t.* 2. *f.* 11.
Habitat in Europa.

pratensis. 9. T. alis subcinereis: vasis fuscis punctoque marginali obscuro, fronte fulua. *Fn. suec.* 1128.
Frisch. inf. 4. *t.* 12.
Habitat in Europa.

terrestris. 10. T. alis hyalinis puncto marginali fusco, abdominis dorso cinereo. *Fn. suec.* 1129.
Frisch. inf. 7. *t.* 22.
Habitat in Europa.

cornicina. 11. T. alis hyalinis puncto marginali fusco, abdomine flauo lineis tribus fuscis. *Fn. suec.* 1130.
Habitat in Europa.

nigra. 12. T. alis fuscis, corpore atro. *Fn. suec.* 1132.
Habitat in Europa.

atrata. 13. T. alis hyalinis puncto marginali corpoteque atro, ventre pedibusque rufis. *Fn. suec.* 1127.
Habitat in Laruis P. Vinulae? *Clerck.*

maculata. 14. T. alis hyalinis maculis duabus fuscis, abdominis medio maculato-ferrugineo.
Habitat in Europa.

annulata. 15. T. alis fusco variegatis, femoribus annulo albo. *Fn. suec.* 1122.
Reaum. inf. 5. *t.* 4. *f.* 1, 2.
Habitat in Europa.

flauescens. 16. T. alis immaculatis, corpore flauo, dorso fusco. *Fn. suec.* 1133.
Habitat in Europa.

17. T.

regelationis. 17. T. alis hyalinis nitentibus, corpore cinereo fuſco.
Habitat in Europae *terreſtribus, primo vere frequens.*

replicata. 18. T. alis hyalinis margine tenuiore recuruato, corpore fuſco, antennis ſimplicibus. *De Geer. Act. Vpſal.*
Habitat in Europa.

* * *Alis incumbentibus.*

plumoſa. 19. T. thorace vireſcente, alis hyalinis puncto nigro. *Fn. ſuec.* 1135.
It. oeland. 40, 41, 86, 160.
Goed. inſ. 3. *t. X.*
Liſt. goed. f. 140.
Reaum. inſ. 5. *t.* 5. *f.* 10.
Habitat in Europa, *imprimis in maritimis.*

littoralis. 20. T. vireſcens alis immaculatis, pedibus anticis longiſſimis. *Fn. ſuec.* 1136. 1140.
Reaum. inſ. 5. *t.* 6. *f.* 12, 13, 14.
Habitat in Europae *maritimis.*

motatrix. 21. T. pedibus anticis maximis motatoriis, annulo albo.
Friſch. inſ. 11. *t.* 13.
Habitat in Europa.

vibratoria. 22. T. pedibus anticis maximis motatoriis apice albis. *Fn. ſuec.* 1138.
It. oel. 160.
Habitat in Europa.

tremula. 23. T. pedibus anticis longiſſimis motatoriis nigris annulis albis.
Habitat Vpſaliae. *T. Bergman.*
Alae hyalinae immaculatae. Thorax pallidus maculis tribus nigris longitudinalibus. Abdomen flauo-rubrum. Oculi nigri. Antennae piloſae.

monilis. 24. T. pedibus albis annulis nouem nigris, alis albo cinereoque variis. *Fn. ſuec.* 1139.
Habitat in Europa.

macrocephala. 25. T. corpore vireſcenti, oculis thoracisque tergo nigris, *Fn. ſuec.* 1141.
Habitat in littoribus humidis, *agiliſſima.*

26. T.

Marci. 26. T. nigra glabra, alis nigricantibus, femoribus anticis introrſum ſulcatis. *Fn. ſuec.* 1143.
Reaum. inſ. 5. *t.* 7. *f.* 17, 18.
Habitat in ſimetis *et Terra praegnante primo vere.*

breuicornis. 27. T. nigra glabra, oculis margine nigricantibus, femoribus tibiisque anticis ſpina terminatis.
Habitat in Europae *vmbroſis.*

putris. 28. T. fuſca, alarum baſi cinerea. *Fn. ſuec.* 1144.
Friſch. inſ. 4. *t.* 2.
Habitat in Terra *praegnante, primo vere.*

febrilis. 29. T. atra oblonga hirta, alis nigricantibus. *Fn. ſuec.* 1145.
Goed. inſ. 1. *t.* 6. *Pet. gaz. t.* 14. *f.* 4.
Liſt. goed. f. 108. *Reaum. inſ.* 5. *t.* 7. *f.* 7-12?
Habitat in locis ſuffocatis.

florilega. 30. T. atra holoſericea. *Fn. ſuec.* 1146.
Habitat in Pomonae *floribus, quos deſtruit.*

Hortulana. 31. T. alis albis margine nigro, thorace abdomineque rubro. *Fn. ſuec.* 1147.
Habitat in Aſparago *et* Pomonae *floribus, quorum peſtis eſt.*

phalaenoides. 32. T. alis deflexis cinereis ouato-lanceolatis ciliatis. *Fn. ſuec.* 1148.
Louw. epiſt. 1692. *ian.* 24. *f.* 2, 3. *Friſch. inſ.* 11. *t.* 11.
Habitat in Parietibus ad ſterquilinia.

notata. 33. T. atra, alis albis, abdomine latere antice macula alba.
Fn. ſuec. 1149.
Habitat in Europa.

Iuniperina. 34. T. alis incumbentibus glaucis: margine tenuiore villoſo. *Fn. ſuec.* 1150.
Habitat in Iuniperi *triglochide, quam cauſſat.*

paluſtris. 35. T. atra, abdomine rufeſcente. *Fn. ſuec.* 1151.
Habitat in Europae *paludoſis.*

longicornis. 36. T. antennis corpore incarnato longioribus. *Fn. ſuec.* 1152.
Habitat in Europa.

37. T.

pinnicornis. 37. T. antennis bipectinatis, corpore atro, halteribus albis.
Habitat in Suecia.
Pulice minor, angusta. Thorax aterrimus.

222. MVSCA. *Os* Proboscide carnosa: labiis 2 lateralibus: Palpi nulli.

* *Filatae Antennis simplicibus absque filo laterali.*

paluſtris. 35. A. abdomine oblongo nebuloſo: lineis lateralibus albis. *Fn. ſuec.* 1219.
Habitat in paludibus *caeſpitoſis exſiccatis.*

viatica. 36. A. abdomine ſubrotundo plano obtuſo, pedibus quatuor poſticis breuiſſimis. *Fn. ſuec.* 1218.

Rai. inſ. 35. *n.* 29. *Liſt. aran. f.* 29.
Friſch. inſ. 7. *t.* 5.
Clerck. aran. 128. *t.* 6. *f.* 5.
Habitat in arboribus, lignis, *ouis incubans.*

leuipes. 37. A. abdomine rhombeo depreſſo, pedibus transuerſaliter extenſis variegatis. *Fn. ſuec.* 1217.
Liſt. aran. f. 13. *Friſch. inſ.* 10. *t.* 14.
Habitat in truncis, *parietibus.*

cancriformis. 38. A. abdomine ſemiorbiculato: ambitu ſexdentato.
Sloan. iam. 2. *p.* 197. *t.* 235. *f.* 4. Araneus cancriformis campeſtris reticulum ſpirale nectens.
Reaum. iam. 419. *t.* 44. *f.* 5. Aranea nigra cancriformis.
Habitat in America.

ſpinoſa. 39. A. ſpinis dorſalibus octonis: poſticis duabus patentibus, abdomine ſubtus conico.
Habitat in America.

238. SCORPIO. *Pedes* VIII.

Oculi VIII, horum 3 ad latus vtrumque thoracis; 2 in tergo.
Frons chelifera.
Palpi II, cheliformes.
Cauda elongata, articulata, terminata Mucrone arcuato.
Pectines duo ſubtus inter pectus & abdomen.

mauritus. 1. S. pectinibus 8-dentatis, manibus ſubcordatis punctatis.
Habitat in Africa.

afer. 2. S. pectinibus 13-dentatis, manibus ſubcordatis piloſis.
Swamm. bibl. t. 3. *f.* 3. *Seb. muſ.* 1. *t.* 70. *f.* 4.
quart. t. 6.
Habitat in India.

americus. 3. S. pectinibus 14-dentatis, manibus ſubciliatis: digitis filiformibus.
Habitat in America.

4. S.

europaeus. 4. S. pectinibus 18-dentatis, manibus vngulatis.
Mouff. inf. 204.
Aldrou. inf. 577.
Rai. inf. 9.
Habitat in Europa *maxime auſtrali.*
Cauda ſub aculeo mucronata eſt.

auſtralis. 5. S. pectinibus 32-dentatis, manibus laeuibus.
Habitat in Africa, *forte etiam America.*

239. CANCER. *Pedes* vtrinque VIII: praeter Manus 2 chelatas.
Oculi II, diſtantes, pedunculati, elongati, mobiles.
Palpi II magni, cheliferi.
Cauda articulata, inermis.

* a * BRACHYVRI *Thorace laeui lateribus integerrimo.*

Curſor. 1. C. brachyurus, thorace laeui integerrimo: lateribus poſtice marginato, antennis fiſſilibus, cauda reflexa. †
Haſſelqu. iter. 433. *n.* 128. Cancer anomalus.
Habitat in Mari Mediterraneo, Indico, *ſole occiduo e mari exiens in littora ſabuloſa, velociſſimeque diſcurrens.*

taninus. 2. C. brachyurus, thorace laeui integerrimo oblongo obouato: antice truncato-dentato.
Rumph. muſ. 13. *t.* 7. *f. F. T. V.*
Habitat in M. Indico.

mutus. 3. C. brachyurus, thorace laeui integerrimo: margine antico transuerſo brunneo.
Habitat in M. Mediterraneo?
Teſta laeuis, antice truncata, margine brunneo, poſtice complanato-truncata; lateribus integra. Chelae laeues, Carpis vnidentatis, Brachiis ſubtus denticulatis.

minutus. 4. C. brachyurus, thorace laeui integerrimo ſubquadrato: margine acutiuſculo. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 85.
It. wgoth. 137. *t.* 3. *f.* 1. *Kalm. iter.* 2. *p.* 143.
Sloan. iam. 2. *t.* 245. *f.* 1. *Osbeck. iter.* 307.

Habitat in Pelagi Fuco natante, *ſupra aquam ſaepius curſitans.*

turicola. 5. C. brachyurus, thorace laeui integerrimo: antice retuſo, pedum articulis vltimis penultimisque vndique ſpinoſis.
Sloan. iam. 1. *t.* 2. *Catesb. car.* 2. *p.* 32. *t.* 32.
Fewill. peruu. 3. *p.* 237. *Brown. iam.* 423.
Habitat in America, *ſyluas vaſtiſſimis agminibus quotannis deſerens littora maris petiturus.*

vocans. 6. C. brachyurus, thorace laeui integerrimo ſubtus hirto.
Rumph. muſ. 10. *t.* 14. *f. E.*
Catesb. car. 2. *t.* 25. Cancer arenarius.
Habitat in Indiis.

craniolaris. 7. C. brachyurus, thorace laeui integerrimo ouato glaberrimo, manibus ancipitibus laeuibus.
Rumph. muſ. t. 10. *f. A. B.* *Pet. amb. t.* 9. *f.* 3.
Habitat in Aſia.

philargius. 8. C. brachyurus, thorace laeui integerrimo conuexo: poſtice quindecim-dentato. *M. L. V.*
Habitat in Aſia.

* b * *Brachyuri thorace laeui lateribus inciſo.*

rhomboides. 9. C. brachyurus, thorace laeui lateribus antice vniſpinoſis, fronte truncata.
Barrel. rar. t. 1287. *f.* 1.
t. 1286. *f.* 1, 2.
Habitat in M. Mediterraneo.

maculatus. 10. C. brachyurus, thorace laeui maculis ſanguineis rotundis: lateribus vnidentatis.
Rumph. muſ. t. 10. *f.* 1. *Pet. amb. t.* 1. *f.* 8.
Habitat in Aſia.

pelagicus. 11. C. brachyurus, thorace laeui vtrinque vniſpinoſo, fronte octo-dentata, manibus multangulo-priſmaticis.
Osb. iter. 307. C. manuum articulis omnibus dentatis: extimo heptagono.
Rumph. muſ. t. 7. *f. R.* *Brown. iam.* 421. *t.* 41. *f.* 2.
Habitat in Pelagi *vniuerſi orbis* Fuco natante.

12. C.

Cancri *perennes quotannis deponunt cruſtam ſenectamque exuunt laborioſe.*

Nucleus. 12. C. brachyurus, thorace laeui globoso: antice vtrinque vnidentato postice rostroque bidentato.
Habitat in M. Mediterraneo *ad littora Barbariae. E. Brander.*
Statura C. craniolaris, magnitudo glandis, color flauus. Thorax *pone rostrum vtrinque dente vnico, et ad postica thoracis margo obsolete bidentatus, at supra pedes posticos dens validior conicus.* Cauda *glaberrima.* Femora *antica punctis eminentibus adsperſa. Vngues acuti.*

lactatus. 13. C. brachyurus, thorace laeui vtrinque serraro-quadrilobo, manibus ouatis laeuibus. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

Maenas. 14. C. brachyurus, thorace laeui vtrinque quinquedentato, manibus ouatis, carpis dentatis, pedibus posticis subulatis.
It. wgoth. 173.
Rumph. muſ. t. 6. *f.* 0. *Pet. amb. t.* 1. *f.* 5.
Habitat in Oceano Europaeo, Asiatico.

Depurator. 15. C. brachyurus, thorace laeui vtrinque subquinquedentato, manibus apice compressis, pedibus posticis ouatis.
Planc. concb. 34. *t.* 3. *f.* 7.
Habitat in M. Mediterraneo.
Frons inter oculos dentibus tribus. Digitus fixus chelarum valde compreſſus.

feriatus. 16. C. brachyurus, thorace laeui vtrinque quinquedentato, manibus multangulis ouatis, carpis vnidentatis.
Rumph. muſ. t. 6. *f. P.* *Pet. amb. t.* 1. *f.* 6.
Habitat in M. Indico.

granulatus. 17. C. brachyurus, thorace laeui crenulato angulis dilatato-quinquedentatis, postice truncato, manibus truncato-cristatis.
Catesb. car. 2. *p.* 36. *t.* 36. C. chelis crassissimis.
Habitat in America. *Muſ. De Geer.*
Testa conuexa, subtuberculata margine postico laterali dilatato-quinquedentato, reliquo crenulato. Rostrum bilobum, obtusum. Chelae truncatae, cristatae, ad basin spina armatae.

Pagurus. 18. C. brachyurus, thorace vtrinque obtuse nouem-plicato, manibus apice atris.

Fn. ſuec. 1244. *Bell. aquat.* 368.
It. wgoth. 173. *Rond. piſc.* 560.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 85. *Geſn. aquat.* 155.
Bradl. nat. t. 3. *f.* 4. *Aldr. exſangu.* 186.
Rumph. muſ. t. II. *f.* 4. *Ionſt. exſangu. t.* 5. *f.* 2.
Habitat in Oceano Europaeo, Aſiatico.

* c * *Brachyuri thorace hirto.*

Chabrus. 19. C. brachyurus, thorace hirto ſuborbiculato mutico, manibus ouatis muricatis.
Habitat in Oceano Indico.

Araneus. 20. C. brachyurus, thorace hirſuto ouato tuberculato, roſtro bifido, manibus ouatis.
Fn. ſuec. 1246.
Iter. ſcanic. 312. *Ionſt. exſangu. t.* 5. *f.* 13.
Habitat in Oceano Europaeo.

Cuphaeus. 21. C. brachyurus, thorace villoſo ouato antice obtuſo, poſtice tridentato
Rumph. muſ. t. 10. *f. D?*
Habitat in Aſia.

muſcoſus. 22. C. brachyurus, thorace villoſo vtrinque tridentato, roſtro bidentato: lateribus vnidentato.
Habitat in M. Mediterraneo. *E. Brander.*
Magnitudo glandis. Teſta obouata, villis molliſſimis incuruis hirſuta, ad vtrumque latus ſpinis 3 *ſubulatis. Roſtrum ſpinis* 2 *ſubulatis parallelis cum dente compreſſo ad vtrumque latus roſtri. Vngues pedum ſubulati, curui, introrſum dentati. Chelae laeues, lineares, carpo vtrinque dente obtuſo retrorſum ſpectante.*

perſonatus. 23. C. brachyurus, thorace hirto inaequali vtrinque quinquedentato, roſtro quadridentato.

Planc.

Pinnotheres. C. macrourus? teſta membranacea punctis lateralibus ternis, manibus acuminatis: digitis incuruis. †
Rumph. muſ. p. 25. *Ionſt. exſangu. t.* 20. *f.* 3.
Habitat in Mari Mediterraneo *et* Aſiatico *intra Teſtas Pinnae, Spondyli.*
Hic nobis non viſus, ab autoptis attente deſcribendus.
Concha paſcens, luminibus orbum pandens corpus, expoſita Sepiae octo-podiae, ideoque non ſine cuſtode eſt, qui Pinnophylax *(Ariſtot. II. 24. et V: 15.)* Pinnotheres *(Plin. IX: 42, 31.) neque enim vita Conchae fortaſſe ſervari poſſet niſi opera Cancri (Bell. aqu. 401. Haſſelqu. iter 450).*

Planc. conch. 36. *t.* 5. *f.* 1.
Habitat in M. Mediterraneo.
Testa magnitudine pomi, rubra, vti totum corpus hirta. Rostrum bidentatum cum dente ad vtrumque latus breuiore. Seta vtrinque ad basin caudae. Pedes duo postici quasi supra reliquos collocati.

* d * *Brachyuri thorace supra spinoso.*

Maia. 24. C. brachyurus, thorace aculeato, manibus ventricosis laeuibus.
Fn. suec. 1245. *Matth. diosc.* 229. Maia.
Iter. scanic. 327. *Ionst. exsangu. t.* 5. *f.* 5.
Habitat in Oceano Europaeo.

longimanus. 25. C. brachyurus, thorace aculeato, manibus corpore longioribus: digito patulo; pollice curuato.
Rumph. mus. t. 8. *f.* 2. *Pet. amb. t.* 2. *f.* 15.
Habitat in Oceano Asiatico.

horridus. 26. C. brachyurus, thorace obtuse aculeato, manibus ouatis, cauda carinosa.
Rumph. mus. t. 9. *f.* 1. *Pet. amb. t.* 1. *f.* 7.
Habitat in Oceano Asiatico.

cristatus. 27. C. brachyurus, thorace aculeato: rostro bifido cristato, manibus teretibus.
Rumph. mus. t. 8. *f.* 1. *Pet. amb. t.* 5. *f.* 11.
Habitat in Oceano Asiatico.

superciliosus. 28. C. brachyurus, thorace aculeato: spinis ocularibus ramoso-trifidis, manibus teretibus. *M. L. V.*
Habitat in Oceano Indico.

cornutus. 29. C. brachyurus, thorace aculeato: rostro spinis corniformibus barbatis, manibus teretibus. *M. L. V.*
Habitat in Oceano Indico.

longipes. 30. C. brachyurus, thorace aculeato, manibus ouatis scabris, pedibus posterioribus longissimis.
Rumph. mus. t. 8. *f.* 4.
Habitat in Oceano Indico.

spinifer. 31. C. brachyurus, thorace postice vni-aculeato inaequali, pedibus secundi paris longissimis.

Rumph. muſ. t. 8. *f.* 3?
Habitat in Aſia.

* e * *Brachyuri thorace inaequali.*

cruentatus. 32. C. brachyurus, thorace tuberculoſo ſanguineo, roſtro lineari truncato.
Habitat in M. Mediterraneo. *E. Brander.*
Teſta ſtatura et magnitudine C. Aranei, ſupra admodum nodoſa tuberibus inaequalibus: apice maculis albis. Roſtrum lineare, truncatum, cum dente vtrinque ad eius baſin. Chelae lineares ad carpos vtrinque dente retroſpectante obtuſo. Pedes acuti.

hepaticus. 33. C. brachyurus, thorace verrucoſo gibbo ſemiorbiculato: margine ſerrato.
Habitat in Indiis.

Calappa. 34. C. brachyurus, thorace ſtrigis ſubimbricato gibbo trilobo.
Rumph. muſ. t. 11. *f.* 2, 2.
Habitat in Aſia.

Grapſus. 35. C. brachyurus, thorace ſtrigis lateralibus, fronte retuſa.
Amoen. acad. 4. *t.* . *f.*
Catesb. car. 2. 36. *f.* 1. Pagurus maculatus.
Habitat in America, *Inſula* Adſcenſionis.

aeneus. 36. C. brachyurus, thorace rugoſiſſimo obtuſo vtrinque quadrilobo.
Habitat in India.

punctatus. 37. C. brachyurus, thorace obouato punctato: pollice tridentato.
Rumph. muſ. t. 10. *f.* C. *Brown. iam. t.* 42. *f.* 3.
Habitat in Aſia, America.

dorſipes. 38. C. brachyurus, thorace rugoſo ouali: antice ſerrato ciliato, pedibus poſticis dorſalibus.
Rumph. muſ. t. 10. *f.* 3. *Pet. amb. t.* 6. *f.* 2.
Habitat in India.

Symmyſta. 39. C. ſubbrachyurus, thorace ſubcylindrico ciliato-ſerrato, chelis cordatis, antennis ciliato-piloſis.
Habitat in Aſia.

* f *

* f * MACROVRI *parasitici, cauda setacea aphylla.*

Bernhardus. 40. C. macrourus parasiticus, chelis cordatis laeuibus: sinistra maiore.

Matth. dioſc. 230. *Aldr. exſangu.* 218.
Rond. piſc. 1. *p.* 553. *Ionſt. exſangu. t.* 7. *f.* 6-12.
Bellon. aquat. 362. *Swammerd. bibl. t.* 11. *f.* 1, 2.
Geſn. aquat. 161.
Habitat in Oceano Europaeo, *intra varias teſtas Concharum.*
Chelae margine anteriore verſus baſin barbatae.

Diogenes. 41. C. macrourus parasiticus, chelis muricatis: dextra maiore.

Brown. iam. 424. Astacus maximus, cauda subnuda molli, chelis subuerrucosis tuberculatis: dextra maiore.
Rumph. muſ. t. 5. *f. K. L.*
Catesb. car. 2. *t.* 34.
Habitat in Oceano Asiatico, Americano, *intra teſtas varias Concharum.*

* g * *Macrouri thorace laeui.*

Gammarus. 42. C. macrourus, thorace laeui, rostro lateribus dentato: basi supra dente duplici. *Fn. ſuec.* 1248.

It. weſtrogoth. 174. *Geſn. aquat.* 91.
Muſ. Ad. Fr. 87. *Aldr. exſangu.* 112.
Matth. dioſc. 227. *Ionſt. exſangu. t.* 71.
Rond. piſc. 1. *p.* 538.
Habitat in Oceano imprimis Norwegico: *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

Astacus. 43. C. macrourus, thorace laeui, rostro latetibus dentato: basi vtrinque dente vnico. *Fn. ſuec.* 1249.

Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 87. *Geſn. aquat.* 104.
Roeſ. inſ. app. 1. *t.* 54, 55. *Aldr. exſangu.* 129.
Matth. dioſc. 228. *Ionſt. exſangu. t.* 4. *f.* 1.
Rond. piſc. 2. *p.* 210.
Bellon. aquat. 355.
Habitat in Europae *lacubus; fluuiis.*

Carcinus. 44. C. macrourus, thorace laeui, manibus teretiusculis: brachiis hispido-aculeatis.

Sloan. iam. 2. *p.* 271. *t.* 245. *f.* 2. Astacus fluuiatilis maior, chelis aculeatis.
Habitat in Americae *fluuiis.*

45. C.

pennaceus. 45. C. macrourus, thorace laeui cylindrico, roſtro enſiformi: margine ſuperiore ſerrato.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 87.
Habitat in Calidioribus *regionibus.*

Squilla. 46. C. macrourus, thorace laeui, roſtro ſupra ſerrato ſubtus tridentato, manuum digitis aequalibus. *Fn. ſuec.* 1252.
Matth. dioſc. 229. *Rond. piſc.* 549.
Klein. dub. 35. *f. A.*
Habitat in M. Balthico, *Oceano* Europaeo.

Crangon. 47. C. macrourus, thorace laeui, roſtro integerrimo, manuum pollice longiore. *Fn. ſuec.* 1251.
Habitat in M. Balthico.

* h * *Macrouri thorace inaequali.*

Carabus. 48. C. macrourus, thorace ſtrigis imbricatis oblongiuſculo antice ciliato, roſtro bidentato mobili.
Habitat in M. Mediterraneo. *E. Brander.*
Teſta magnitudine extimi pollicis, ſupra laeuis ſed rugis quaſi imbricatis, margine antice denticulis ciliata. Roſtrum dentibus 2 parallelis mobilibus depreſſis. Antennae corpore longiores villis ciliatae. Chelae latiſſimae cordatae antice pilis ciliatae. Pedes vnguibus falcatis. Cauda articulis 3 vtrinque foliatis: extremo articulo ouato paruo, baſi vtrinque pedibus 2 paruis et ſubtus ſetis aliquot longiſſimis.

Canchārus. 49. C. macrourus, thorace rugoſo ouali, manibus compreſſis margine ſpinoſis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

* i * *Macrouri thorace aculeato.*

piloſus. 50. C. macrourus, thorace chelisque angulatis hiſpidis.
Muſ. Ad. Fr. 87.
Habitat in Indiis.

norvegicus. 51. C. macrourus, thorace antrorſum aculeato, manibus priſmaticis: angulis ſpinoſis. *Fn. ſuec.* 1247.
It. ſcanic. 307.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 88.
Aldr. exſangu. 113. Aſtacus mediae magnitudinis prior.
Habitat in Mari Noruegico.

* k *

* k * *Macrouri, manibus adactylis, thorace oblongo.*

Homarus. 52. C. macrourus, thorace antrorsum aculeato, manibus adactylis.
Rumph. mus. t. 1. *f. A.* *Pet. amb. t.* 6. *f.* 1.
Habitat in Mari Asiatico.

Arctus. 53. C. macrourus, thorace subaculeato hirto, manibus adactylis.
Marcgr. bras. 186. Poliquiquyixe.
Ionst. exsangu. t. 4. *f.* 3, 4, 8, 12.
Barrel. rar. t. 1288. *f.* 2.
Rumph. mus. t. 2. *f. C. D.*
Brown. iam. t. 41. *f.* 1.
Habitat in M. Europae, Asiae, Africae, Americae.

* l * *Macrouri manibus adactylis, testa thoracis breuissima, nec thoracem totum tegente.*

Mantis. 54. C. macrourus articularis, manibus adactylis compressis falcatis serrato-dentatis. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 86.
Rumph. mus. t. 3. *f. E.* C. Arenarius.
Marcgr. bras. 186. *t.* 187. Tamaru-guacu.
Habitat in M. Asiatico, Indico, Mediterraneo.
Thoracis testa membranacea. Pedes vtrinque 3. *Pollex serrato-dentatus, terminalis. Dactyli sub abdomine trium parium. Antennae trifidae: lamina ouata ad oculos.*

Scyllarus. 55. C. macrourus articularis, manibus adactylis ventricosis rectis angulatis introrsum tridentatis. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 86. C. mirabilis.
Rumph. mus. t. 3. *f. F. G.*
Habitat in M. Asiatico.
Statura praecedentis. Thoracis testa latere postico emarginata. Mucronum par pone pedes.

Pulex. 56. C. macrourus articularis, manibus adactylis, cauda attenuata spinis bifidis. *It. oel.* 42, 96.
Fn. suec. 1253. *Frisch. ins.* 7. *t.* 18.
It. gotland. 260. *Rai. ins.* 44. Pediculus fluuiatilis.
Habitat ad Maris *littora.*

57. C.

Species 54-59 *ob thoracem Lorica destitutum et singularem structuram corporis adeo a reliquis Cancris recedunt, vt facile genus distinctum constituerent.*

Locuſta. 57. C. macrourus articularis, manibus adactylis, cauda attenuata ſpinis bifidis.
Fn. ſuec. 1254. *It. gotl.* 260.
Roeſ. inſ. 3. *t.* 62.
Klein. miſſ. 5. *t.* 6. *f. A. B. C.*
Habitat in Europae *maritimis.*

Salinus. 58. C. macrourus articularis, manibus adactylis, pedibus patentibus, cauda ſubulata.
Matii diar. britann. 1756.
Habitat in Angliae *Salinis Limingtonianis. D. Schloſſerus.*
Corpus pediculo maius, oblongum. Oculi diſtantes, laterales, pedunculati. Antennae ſetaceae, corpore breuiores. Cauda filiformi-ſubulata, exſerta, longitudine corporis. Pedes vtrinque 10 *patentes et quaſi pinnatim digeſti.*

ſtagnalis. 59. C. macrourus articularis, manibus adactylis, pedibus patentibus, cauda cylindrica bifida.
Fn. ſuec. 1357.
Schaeff. monogr. 1752. Apus piſciformis.
Habitat in Europae *aquis dulcibus, in fiſſuris rupium retentis.*

240. MONOCVLVS. *Pedes* natatorii. *Corpus* cruſta tectum. *Oculi* approximati, teſtae innati.

Polyphemus. 1. M. teſta plana conuexa ſutura lunata, poſtice dentata, cauda ſubulata longiſſima.
Cluſ. exot. t. 6. *c.* 4.
Ionſt. exſangu. t. 7. *f.* 1, 2.
Olear. muſ. t. 28. *f.* 1, 2.
Worm. muſ. 249. *t.* 249. *Bont. iau. l.* 5. *c.* 31.
Rumph. muſ. 21. *t.* 12. *Schaeff. monogr.* 1756. *t.* 7.
Knorr. delic. t. F. 1.
Habitat in India.

foliaceus. 2. M. teſta foliacea plana.
Loeſl. act. Vpſ. 1750. *p.* 42. *t.*
Friſch. inſ. 6. *p.* 27. *t.* 12.
Habitat in Aquis dulcibus, ſtagnantibus Europae.

3. M.

Apus. 3. M. testa subcompressa antice retusa postice truncata, cauda biseta. *Fn. suec.* 1181.
Frisch. inf. 10. *t.* 1.
Act. angl. 40. *p.* 150. *t.* 1. *f.* 2.
Schaeff. monogr. 1756. *t.* 1-6.
Habitat in Europae *fossis, piscinis.*

Pulex. 4. M. antennis dichotomis, cauda inflexa. *Fn. suec.* 1182.
Swamm. quart. 66. *t.* 1
bibl. t. 31. *f.* 1, 2, 3.
Schaeff. monogr. 1755. *t.* 1. *f.* 1-8.
Ioblot. micr. 1. *pp.* 2. *t.* 13. *f. P. Q. R.*
Habitat vbique in aquis dulcibus, tanta saepe in copia, vt appareat sanguinea. Amoen. acad. 3. *p.* 320.

Pediculus. 5. M. antennis dichotomis, cauda reflexa. *Fn. suec.* 1183.
Habitat in Europae *aquis dulcibus.*

quadricornis. 6. M. antennis quaternis, cauda recta bifida. *Fn. suec.* 1184.
Baker. micr. t. 9. *f.* 1, 2.
Blank. inf. 149. *t.* 13. *f. B.*
Ioblot. micr. 1. *pp.* 2. *t.* 14. *f. C. D.*
De Geer. act. Stockh. 1747. *t.* 6. *f.* 2.
Act. angl. abbrev. 2. *p.* 258. *t.* 20. *f.* 5. 6.
Roes. inf. 3. *t.* 98. *f.* 1, 2, 4.
Habitat in Aquis Europae.
Ouaria tanquam vuae binae petiolatae adhaerent.

concha-ceus. 7. M. antennis capillaribus multiplicibus, testa biualui.
Fn. suec. 1185.
Habitat in aquis dulcibus.

lenticularis. 8. M. testa compressa lentiformi.
Habitat in Finlandia. *Vddman.*
Latitudo extimi articuli digiti.

Telemus. 9. M. testa subglobosa postice tridentata, antice labio simo.
Habitat Algiriae. *E. Brander.*
Testam solum vidi generis etiamnum dubii, figura fere seminis Ciceris; haec subglobosa, pellucida, postice tridentata: dente intermedio acutiore; latus Testae inferius minus gibbum; antice fissa est horizontaliter testa vltra medium; pars inferior antice longior in labium concauum, adscendens, obtusum; superior absque labio, antice gibba, transuerse striata.

241. ONI-

241. ONISCVS. *Pedes* XIV.

Antennae ſetaceae.
Corpus ouale.

Aſilus. 1. O. abdomine foliis duobus obtecto, cauda ſemiouali.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 88.
Bell. aquat. 413. Aſilus ſ. oeſtrum.
Rond. piſc. 576. Pediculus marinus.
Habitat in Oceano.

Oeſtrum. 2. O. abdomine foliis ſex obtecto, cauda retuſa. *Muſ. Reg.* 89.
Maregr. braſ. 155. *f.* 3, 4. Animalculum cruſtaceum.
Habitat in Oceano.

Piſora. 3. O. abdomine ſubtus nudo, cauda ſemiouali acuta.
Habitat in mari Norvegico. *D. C. Solander.*
Magnitudo praecedentium. Thorax ſegmentis 7 aequalibus. Cauda ſegmentis quinque anguſtioribus, praeter vltimum quod ſemiouale ſed acutum. Antennae ¼ totius longitudinis. Pedes XIV, quorum 6 primi antrorſum verſi digito incurvo et affixi corpori articulo arcuato. Abdomen nudum. Cauda obtecta foliolis anguſtis non euidentibus.
Ouarium externe contra ſcabiem Specificum Norvegis. Solander.

Phyſodes. 4. O. abdomine ſubtus nudo, cauda ouata.
Habitat in Pelago.
Corpus *praeter caput et caudam vltimam, ex 7 ſegmentis trunci, et 5 caudae.* Antennae *vtrinque 2, breues.* Caudae *foliam terminale omnino ouatum; ad latera vtrinque ſubtus auctum duobus petiolis diphyllis: foliolis lanceolatis, obtuſis, cauda breuioribus: Caudae articuli ſubtus obtecti numeroſis veſiculis longitudine caudae.*

Entomon. 5. O. abdomine ſubtus nudo, cauda ſubulata. *Faun. ſuec.* 1255.
Rai. inſ. 43. Aſellus marinus cornubienſis alius.
Klein. dub. 38. *f.* 1, 2. Entomon pyramidale.
Habitat in M. Balthico.

Ceti. 6. O. oualis: ſegmentis, excepto ſecundo, in medio interruptis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 89.

Mar-

Martenſ. ſpitzb. 85. *t.* O. *f. D.* Pediculus ceti.
Seb. theſ. I. *t.* 90. *f.* 5. Pediculus ceti.
Habitat in Balaenis.

marinus. 7. O. ſemicylindricus, cauda ouato-oblonga integra. *It. wgoth.* 190.
Habitat in Oceano *Norvegico.*

ſcopulorum. 8. O. luteus ſtrigis fuſcis. *It. wgoth.* 190.
Habitat in Oceano *Norvegico.*

aquaticus. 9. O. cauda rotundata, ſtylis bifurcis. *Fn. ſuec.* 1258.
Rai. inſ. 43.
Friſch. inſ. 10. *t.* 5.
Habitat in Aquis puris.
Confer: Entomon hieroglyphicum. *Klein. dub. f.* 5, *ſed maximum.*

Aſellus. 10. O. oualis, cauda obtuſa bifida. *Fn. ſuec.* 1257.
Matth. dioſc. 257.
Rai. inſ. 41. *n.* I.
Aldr. inſ. 632.
Mouff. inſ. 202.
Habitat in Domibus, Muris, Hybernaculis, lignis putridis.

Armadillo. 11. O. oualis, cauda obtuſa integra. *Fn. ſuec.* 1256.
It. gotl. 298.
Rai. inſ. 42. A. liuidus.
Habitat in Europa *ſub lapidibus.*
Pedes plures quam quatuordecim; Segmenta corporis 10, *praeter caput et caudam.*

242. SCOLOPENDRA. *Pedes* numeroſi, totidem vtrinque quot corporis ſegmenta.
Antennae ſetaceae.
Palpi duo, articulati.
Corpus depreſſum.

Lagura. 1. S. pedibus vtrinque XII, corpore ouali, cauda penicillo albo. *Fn. ſuec.* 1264.

Act. gall. miſſ. 1. *p.* 532. *t.* 17. *f.* 4-10.
Habitat in Suecia *ſub muſcis.*

coleoptrata. 2. S. pedibus vtrinque XIV, thorace coleoptrato.
Habitat in Hiſpania. *D. Z. Hallman.*
Antennae flauae, longitudine corporis. Corpus figura S. forficatae, ſed longius ſegmentis ſingulis tectis clypeolo ſemiorbiculato poſtice emarginato. Elytron ſimplex, tanquam ex duobus coadunatum, poſtice emarginatum, incipiens ad 4:tum ſegmentum corporis, tegens vnum tantum alterumue ſegmentum. Alae ſub elytro anguſtae ſimplices. Pedes 14 *paribus, longitudine ferme corporis ſpinoſi: Tibiis flauis anguſtiſſimis.*

forficata. 3. S. pedibus vtrinque XV. *Fn. ſuec.* 1263.
Rai. inſ. 45.
Mouff. inſ. 199.
Aldr. inſ. 635.
Habitat in Europa; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

gigantea. 4. S. pedibus vtrinque XVII.
Brown. iam. 426. *t.* 42. *f.* 4. S. maxima pedibus 36.
Habitat in America.
Sequenti multo maior, ſed ſimillima.

morſicans. 5. S. pedibusque vtrinque XX. *Amoen. acad.* 1. *p.* 325, 506.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 89. *Seb. muſ.* 1. *t.* 81. *f.* 3, 4.
Olear. muſ. t. 12. *f.* 5. 2. *t.* 25. *f.* 3, 4.
Pet. gaz. t. 13. *f.* 3. *Friſch. inſ.* 11. *t.* 2. *f.* 7.
Leeuwenh. epiſt. 102. *Catesb. car.* 3. *p.* 2. *t.* 2.
Bradl. nat. t. 25. *f.* 4.
Habitat in Indiis.
Oculi vtrinque quaterni. Articuli corporis 22, *antennarum* 20.

electrica. 6. S. pedibus vtrinque LXX. *Faun. ſuec.* 1261.
Aldr. inſ. 636. *f.* 8.
Friſch. inſ. 11. *t.* 8. *f.* 1. *Rai. inſ.* 45.
Habitat in Europae *terra.*
Lucet in tenebris manifeſte.

phoſphorea. 7. S. pedibus vtrinque LXXVI.
Habitat in Aſia, *nocte inſtar Lampyridis ignita ex alto coelo decidua in nauem, in mari indico et aethiopico,* 100 *milliaribus a continente. An alata vti* ♀?

Caput

Caput ouatum, flauescens, exaratum lineis 2 et vna transuersali. Corpus crassitie pennae passerinae, filiforme, digito longius, purpurascens, lineis duabus flauis parallelis, constans segmentis 72. Antennae articulis 14, subulatae, ferrugineae.

occidentalis. 8. S. pedibus vtrinque CXXIII.
Habitat in America.
Corpus semipedale, ferrugineum, conuexiusculum. Antennae articulis 14.

marina. 9. S. pedibus vtrinque . . , corpore pallido: linea dorsali rufa. *It. wgoth.* 191.
Habitat in Oceano *Atlantico.*

243. IVLVS. *Pedes* numerosi, duplo vtrinque plures, quam corporis segmenta.
Antennae moniliformes.
Palpi duo, articulati.
Corpus semicylindricum.

oualis. 1. I. pedibus vtrinque XX. *Chin. lagerstr.* 36. *f.* 4.
Habitat in Asia.
Segmenta corporis oblongo-oualis 10, *praeter thoracis et caudae.*

crassus. 2. I. pedibus vtrinque XCVI. *Chin. lagerstr.* 35.
Habitat in Asia.

terrestris. 3. I. pedibus vtrinque C. *Fn. suec.* 1260.
Mouff. inf. 30.
Rai. inf. 46. *n.* 4.
Aldr. inf. 636. *f.* 4.
Frisch. inf. 11. *t.* 8. *f.* 3.
Ionst. inf. t. 23.
Habitat in Europa *sub terra.*

indus. 4. I. pedibus vtrinque CXV. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 90.
Amoen. acad. 1. *p.* 324. Scolopendra pedibus 96.
Seb. mus. 1. *t.* 81. *f.* 5.
Habitat in Indiis.

fabulosus. 5. I. pedibus vtrinque CXX. *Fn. suec.* 1262.
It. gotl. 280.
Rai. inf. 47.
Habitat in Europae *fabulosis.*

fuscus. 6. I. pedibus vtrinque CXXIV. *Chin. lagerstr.* 34.
Seb. mus. 2. *t.* 24. *f.* 4, 5.
Habitat in Indiis.
Segmenta corporis 62, *praeter thoracis et caudae.*

maximus. 7. I. pedibus vtrinque CXXXIV.
Marcgr. bras. 255. Vermis terrestris.
Habitat in America.
Segmenta corporis 67, *praeter thoracis et caudae.*

Animaduerti immensum opus DEI,
non posse hominem assequi
quamuis laboriose quaerat.
Eccles.

CLASSIS VI.

VERMES.

TARDIGRADA, mollia, pandentia, viuaciſſima, redintegranda, humidi Animantia, *acephala*, *apoda*, *androgyna*, *Tentaculis* dignoſcenda.

IMPERFECTA veteribus, nec inepte, dicta animantia, deſtituuntur Capite, Auribus, Naſo, Oculis pleraque (a), Pedibus, Pulmonibus, ab Inſectis itaque diuerſiſſima, a quibus dudum remoui naturae cryptogama, ſunt: *Inteſtina*, *Molluſca*, *Teſtacea*, *Lithophyta*, *Zoophyta*.

INTESTINA terſena quondam dicta, ob ſummam ſimplicitatem corporis, terebrant omnia; perforat *Gordius* Argillam, vt aqua tranet, *Lumbricus* Humum, ne ſitu corrumpatur; *Myxine* Cadauera, vt liqueſcant; *Furia* Animalia, vt occidantur; *Teredo* Ligna, vt deſtruantur; quemadmodum Pholades, et Mytili Lithophagi Petras, vt ſoluantur.

MOLLVSCA nuda, brachiata, vagantur pleraque per maria, coelo reſplendentia, tanquam totidem lucernis tenebricoſum illuminant abyſſum Phoſphorea, vt quod eſt inferius, ſit tanquam ſuperius.

TESTACEA molluſca domiporta, calcariaque domuncula nobilitata, calcifica, et ipſa ſaepe calciuora, inſectis oppoſita, ſpecierum numero, magna Naturae ludentis varietate, multiplicata (b) TESTAS polydaedalas Conchyliorum parium,

(a) *Vermium genus omne oculis caret*; *Plin. niſi forte Sepia eiusque Cymbium. Limaces videntur etiam oculis inſtructi, modo veri ſint oculi, a noſtris certe diuerſi.*

(b) Plin. IX: 33. *Tot* Colorum *differentiae*, *tot* Figurae *planis*, *concauis*, *longis*, *lunatis*, *in orbem circumactis*, *dimidio orbe caeſis*, *in dorſum elatis*, *laeuibus*, *rugatis*, *denticulatis*, *ſtriatis*, *vertice muricatim intorto*, *margine in nuncronem emiſſo*, *foris effuſo*, *intus replicato*; *iam diſtinctione virgulata*, *crinita*, *criſpa*, *canaliculatim*, *pectinatim*, *imbricatim vndata*, *cancellatim reticulata*; *in obliquum*, *in rectum expanſa*, *denſata*, *porrecta*, *ſinuata*, *breui nodo ligatis*, *toto latere connexis*, *ad planſum apertis*, *ad buccinum recurnis*: *vide explicationem* Bonanni; Kleinii.

rium, aeque attente legit summa sapientia, ac care emit erudita luxuria, a quisquiliis (c), ad Ammirales, Scalaresue, Margaritis (d) suis pretiosiores, quas Artificum politura vitiando nobilitat, vt pulchrius pateat in Tritonis COCHLEIS viuidis ad *Vmbilicum*, *Apertura* cum *Labro* exteriore interioreue, saepe dentato ad *Columellam*, circa quam *Spirae Anfractus* laeues, sulcati, striati, angulati, nodosi, aculeati, spinosi, frondosi vsque in *Mucronem* apicis; et vt intueatur in Veneris CONCHIS viuidis lectis, testarum natiua paria, determinatam figuram, valuulas (sinistram et dextram) aequales l. inaequales, aequilateres l. inaequilateres; inferius dentatos *Cardines* inter *Nates* vmbonum, posterius *Ani* impressuram, anterius *Vulvae* rimam, *Labiis Nymphis*que conniuentem, *Hymene* obtectam, exterius *Marginis* ambitum. Meretur imprimis inquirere in fossilium hodie deperditorum protypa, imprimis *Anomiarum*, abyssi cimelia, cum alia sint *Terrestria*, *Lacustria*, *Litorea*, *Maritima*, *Pelagia* alia.

LITHOPHYTA Molluſca, animalcula composita testarum, Testisque innixa. *Corallia* haec prisci plantas aëris contactu lapidescentes iudicabant, sed recentioribus etiam ex suo semine Lapides germinare, imprimis ob calcaream horum indolem visa, vsque dum *Marsiglii* diligentia extraxerat e mari Corallia vegetantia floribus hexandris hexapetalis, a contactu aëris se contrahentibus, inque aqua denuo expandendis; at eadem tempestate *Peyssonellus* Corallia ex animalculis fabricari, vltra seculum post eandem apud sapientiores indos ratam sententiam (e), primum vidit vix audiendus, nisi *Tremblaeus* Hydras omnium admiratione detexisset, et ad littora curiosos allicuisset, quo via per *Ellisii* Sertularias ad Corallia aperta fuit.

ZOO-

(c) Speculatie-gods *vulgo*.
(d) Margaritarum *dos in Candore*, *Magnitudine*, *Orbe*, *Laeuore*, *Pondere*, *Plin. IX: 35. Pretiosissima Cleopatrae Antonio expositа*, *ibid.*
(e) *Rumph. mus. 152. ad tab. 16. F.*

ZOOPHYTA compoſita Animalcula, in biuio Animalium Vegetabiliumque conſtituta, *radicata* pleraque *cauleſcunt* multiplicata vita *ramis*, *gemmis* caeduis, metamorphoſique *florum* animantium, ſponte ſeſe mouentium, in *capſulas ſeminiferas* tranſeuntium: ac ſi Plantae eſſent Zoophyta, ſenſu motuque deſtituta; et Zoophyta verae plantae, ſed ſyſtematae nerueo, ſenſus motusque organo, inſtructae; *equidem his ineſſe ſenſum, quae nec animalium, nec fruticum, ſed tertiam ex vtroque naturam habent. Plin.*

AVCTORES Vermium pretioſi: INTESTINORVM vix vlli; MOLLVSCORVM pauci; TESTACEORVM primatii: ſobrius *Bonannus*, ditiſſimus *Liſterus*, ſolidiſſimus *Rumphius*, curioſiſſimus *Petiuerius*, abſolutiſſimus *Gualtierus*, nitidiſſimus *Argenville*, omniumque pulcherrimus *Krazenſteinii Regenfuſius* (f), nec non *Columma*, *Barrelierus*, *Plancus*, *Kleinius*, alii. LITHOPHYTORVM Comes. *Marſiglius*, oculatus *Donatus*. ZOOPHYTORVM lynceus *Elliſius*.

Mihi contuenti ſeſe perſuaſit rerum Natura, nihil incredibile exiſtimare de ea.

Plin. XI: 3.

(f) Regenfuſii *operis auctore Cl.* Kratzenſteinio *vidi tantum tabulas XII primas, dum haec edo, nec quidquam pulchrius.*

GENERVM Characteres.

I. INTESTINA. Animalia ſimplicia, nuda, artubus deſtituta.

244. GORDIVS *Corpus* filiforme, aequale, laeue.
245. FVRIA *Corpus* filiforme, aequale aculeis diſtichis reflexis.
246. LVMBRICVS *Corpus* teres, annulatum.
247. ASCARIS *Corpus* teres, aequale, vtrinque attenuatum.
248. FASCIOLA *Corpus* planiuſculum: apertura terminali ventrale-que.
249. HIRVDO *Corpus* ore caudaque orbiculo dilatabili.
250. MYXINE *Corpus* carinatum, ore maxilloſo tentaculato.
251. TEREDO *Corpus* teres, ore tentaculato maxillisque hemiſphaericis.

II. MOLLVSCA. Animalia ſimplicia, nuda, artubus inſtructa.

252. LIMAX *Corpus* repens, antice Tentaculis 4, foramineque laterali.
253. DORIS *Corpus* repens, antice Tentaculis 8.
254. TETHYS *Corpus* bilabiatum, apice foraminibus 2, Tentaculis 2.
255. NEREIS *Corpus* repens, lineare; Tentaculis diſtiche pedatum.
256. APHRODITA *Corpus* repens, ouale, Tentaculis diſtiche pedatum.
257. LERNAEA *Corpus* affixum ore, appendiculatum, brachiatum Tentaculis 2.
258. PRIAPVS *Corpus* affixum baſi, ore terminali.
259. SCYLLAEA *Corpus* natans, compreſſum, pedatum, tentaculis 6.
260. HOLOTHVRIA *Corpus* natans, apice Tentaculis pendulis.
261. TRITON *Corpus* pedatum, Tentaculis XVI: poſticis 6 chelaeformibus.
262. SEPIA *Corpus* natans, carnoſum, ore ſupra cincto brachiis 6.
263. MEDVSA *Corpus* natans, gelatinoſum, ore ſubtus centrali.
264. ASTERIAS *Corpus* vagum coriaceum, Tentaculis muricatum, ore ſubtus 5-valui.
265. ECHINVS *Corpus* vagum, cruſtaceum, aculeatum, ore ſubtus 5-valui.

III. TE-

Vagientem etiamnum in cunis Scientiam, a matre *lactante remotam, ut mirentur adultiores facti.*

III. TESTACEA Mollusca simplicia, domo calcarea obtecta.

* *Multivalvia.*

266. TRITON *Testis* pluribus, dorsalibus, ordine longitudinali.
267. LEPAS *Testa* multivalvi, inaequivalvi, sessili.

** *Bivalvia* CONCHAE.

268. PHOLAS *Testa Cardine* recurvato.
269. MYA T. *Cardinis* Dente crasso, vacuo.
270. SOLEN T. *Card.* Dente acuminato, vacuo.
271. TELLINA T. *Card.* Dentibus: lateralibus alterius vacuis.
272. CARDIVM T. *Card.* Dentibus lateralibus remotis penetrantibus.
273. DONAX T. *Card.* Dentibus: laterali remoto vacuo.
274. VENVS T. *Card.* Dentibus: approximatis, divaricatis.
275. SPONDYLVS T. *Card.* Dentibus 2 foraminulo intermedio.
276. CHAMA T. *Card.* dentibus 2, obliquis, obtusis.
277. ARCA T. *Card.* Dentibus numerosis, penetrantibus.
278. OSTREA T. *Cardine* edentulo, scrobiculo ovato.
279. ANOMIA T. *Card.* edentulo, lineari, marginali.
280. MYTILVS T. *Card.* edentulo, subulato, distincto.
281. PINNA T. *Card.* edentulo, coalito.

*** *Univalvia Spiralia* COCHLEAE.

282. ARGONAVTA *Testa univalvi* Animali Sepia.
283. NAVTILVS T. *Polythalamia* foramine communicante.
284. CONVS T. *Apertura* effusa, lineari, edentula.
285. CYPRAEA T. *Apertura* effusa, vtrinque dentata.
286. BVLLA T. *Apertura* subeffusa, obliquata.
287. VOLVTA T. *Apertura* effusa, columella plicata.
288. BVCCINVM T. *Apertura* canaliculo dextro.
289. STROMBVS T. *Apertura* canaliculo sinistro.
290. MVREX T. *Apertura* canaliculo recto.
291. TROCHVS T. *Apertura* coarctata, subtetragona.
292. TVRBO T. *Apertura* coarctata, orbiculari.
293. HELIX T. *Apertura* coarctata, lunari.
294. NERITA T. *Apertura* coarctata semiorbiculari.
295. HALIOTIS T. *Aperturae* labro dilatato pertuso.

**** *Univalvia absque spira regulari.*

296. PATELLA *Testa* conico-patente.
297. DENTALIVM T. libera subulata vtrinque aperta.
298. SERPVLA T. adnata, tubulosa, inferne clausa.

IV. LITHOPHYTA Molluſca compoſita, baſin ſolidam aedificantia.

299. TVBIPORA *Corallium* tubis cylindricis.
300. MILLEPORA *Corallium* tubis obconicis teretibus.
301. MADREPORA *Corallium* tubis ſtellatis.

V. ZOOPHYTA Plantae vegetantes floribus animatis.

302. ISIS *Stirps* radicata, lapidea, nuda, geniculis corneis.
303. GORGONIA *Stirps* radicata, cornea, cruſtata, continua.
304. ALCYONIVM *Stirps* ſtupoſa, corticata, continua.
305. TVBVLARIA *Stirps* fiſtuloſa, tunicata, ſubgeniculata.
306. ESCHARA *Stirps* papyracea, nuda, poroſa.
307. CORALLINA *Stirps* fibroſa, cruſtata, articulata: articulis multifloris.
308. SERTVLARIA *Stirps* fibroſa, nuda, articulata: articulis unifloris.
309. HYDRA *Stirps* ſubradicata, gelatinoſa, apice florifera.
310. PENNATVLA *Stirps* libera, pennata, baſi ore inſtructa.
311. TAENIA *Stirps* libera, moniliformis, articulata.
312. VOLVOX *Stirps* libera, globoſa, ſobole nidulante.

I. INTESTINA.

Animalia *simplica absque artubus, nuda, libera.*

244. GORDIVS. *Corpus* filiforme, aequale, laeue.

aquaticus. 1. G. pallidus, capite caudaque nigris. *Fn. suec.* 1265.
It. gothl. 282. Gordius.
Geſn. aquat. 463. Vitulus aquaticus.
Aldr. inſect. 720. *t.* 765. Seta ſ. Vitulus aquaticus.
Ionſt. inſ. t. 25. Meerwiin.
Habitat in Argilla *et* Aquis.

argillaceus. 2. G. flaueſcens, extremitatibus concoloribus.
Habitat intra Argillam.
Maior, nec caput ita diſtinctum, et cauda acutior.

medinenſis. 3. G. totus pallidus. †
Sloan. iam. 2. *p.* 190. *t.* 233. *f.* 1. Vena medini.
Kaempf. amoen. 524. Dracunculus perſarum.
Velſch. Vena medinenſis *monographia.*
Habitat in Indiis, *corpus* humanum *tranans.*
An a prioribus vere diſtinctus?

245. FVRIA. *Corpus* filiforme, continuum, aequale, vtrinque ciliatum: aculeis reflexis corpori appreſſis.

infernalis. 1. FVRIA. *D. C. Solander. Act. Vpſ. mſſ.*
Amoen. acad. 3. *p.* 322.
Habitat in Botniae Sueciae *ſeptentrionalis paludoſis.*
Peſſima omnium, ex aethere decidua in corpora animalium, ea momento citius penetrat, intra horae quadrantem dolore atrociſſimo occidit.

246. LVMBRICVS. *Corpus* teres, annulatum, longitudinaliter exaſperatum, poro laterali.

terreſtris. 1. L. trifariam retrorſum aculeatus.
Fn. ſuec. 1271. Lumbricus laeuis.

Rai.

Rai. inſ. 2. Lumbricus terreſtris minor.
Aldr. inſ. 693. Lumbricus terreſtris.
Red. exp. quart. t. 15. *f.* 1.
Sloan. iam. 2. *p.* 189. Lumbricus terreſtris minor rubicundus.
β. *Rai. inſ.* 1. Lumbricus maior.
γ. *Rai. inſ.* 2. Lumbricus inteſtinorum teres.
Valliſn. nat. 1. *t.* 3. Lumbricus humanus.
Habitat in Humo; *adſcendit noctu.*
Corpus *annulis circiter centum conſtans, annuloque maiore cartilagineo cinctum, trifariam retrorſum aculeatum; quarto latere inermi.*
Maiorem β. *a minore* α. *vix diuerſum crederem, at inteſtinalem* γ *eundem eſſe e numero annulorum et aculeis obſeruaui.*

marinus. 2. L. papillis dorſalibus geminatis barbatis. *It. wgot.* 189. *t.* 3. *f.* 6. *It. ſcan.* 315.
Bell. aqu. 444. Lumbricus marinus.
Habitat in fundo Maris *ſub arena.*

247. ASCARIS. *Corpus* teres, filiforme, continuum, vtraque extremitate attenuatum.

vermicularis. 1. A. pollicaris. *Fn. ſuec.* 1269.
Habitat in Paludibus, *in* Radicibus *plantarum putreſcentibus, in* Inteſtinis Puerorum et Equi.

lumbricoides. 2. A. ſpithamea.
Habitat in Inteſtinis Humanis.
Spithamea et vltra, cum Lumbricis confunditur.

248. FASCIOLA. *Corpus* planiuſculum, poro terminali ventralique.

hepatica. 1. F. ouata. *It. gottl.* 182. 250. *Fn. ſuec.* 1274.
Amoen. acad. 2. *p.* 86. Limax ouatus liuidus margine acuto.
Roeſ. app. 1. *p.* 199. *t.* 22. *f.* 5.
Schaeff. monogr. 1753. *f.* 1-17.

Habi-

Habitat in aquis *dulcibus ad radices lapidum, inque* Hepate *Pecorum. Diſſ. de Ouibus.*

Magnitudo ſeminis Peponis. Corpus *ouatum, antrorſum acuminatum cum poro; in medio macula oblonga albida, a qua verſus vtramque extremitatem linea pallida extenditur; in latere inferiore, vbi corpus coarctatur verſus os, alter porus eſt.*

inteſtinalis. 2. F. linearis longa. *Amoen. acad. 2. p. 71. Syſt. nat. 6. p. 70. t. 6. f. 1. Act. Stockh. 1747. t. 3. f. 6. Plater. prax.* 993. Ligula inteſtinorum.
Habitat in Inteſtinis Piſcium.

249. HIRVDO. *Corpus* oblongum, ore caudaque in orbiculum expandendis ſe promouens.

ſanguiſuga. 1. H. depreſſa fuſca: margine laterali flauo. *Faun. ſuec.* 1272.
Bergm. act. Stockh. 1757. n. 4. f. 3, 4.
Rai. inſ. 3. Hirudo maxime vulgaris.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

medicinalis. 2. H. depreſſa fuſca: lineis flauis. dorſalibus ſex: intermediis immaculatis, ſubtus cinerea nigro maculata.
Bergm. Act. Stockh. 1757. n. 4. f. 1, 2.
Rai. inſ. 3. Hirudo medicinalis.
Habitat in Aquis *dulcibus.*
Venae ſector, imprimis Haemorrhoidum.

octoculata. 3. H. depreſſa fuſca: punctis octo nigris ſupra os. *Bergman. act. Stockh.* 1756. *p.* 199. *et* 1757. *n.* 4. *f.* 5-8.
Faun. ſuec. 1273. Hirudo depreſſa nigra, abdomine ſubcinereo.
Fn. ſuec. 725. Coccus aquaticus.
Habitat in Aquis *dulcibus.*
Ouum *planiuſculum, ouatum, compoſitum, eſt Coccus aquaticus. Fn. ſuec.* 725.

ſtagnalis. 4. H. depreſſa nigra, abdomine ſubcinereo.
Bergm. act. Stockh. 1757. n. 4. f. 9-11. Hirudo bioculata.

Habi-

Habitat in Aquis *dulcibus.*
Alumnae dulcis aquae pelluntur ſale in piſcinis et corpore; intus haemoptyſin cauſſantur.

complanata. 5. H. depreſſa ouato-oblonga: interaneis fuſcis pinnatis pellucentibus.
Bergm. Act. Stockh. 1757. *n.* 4. *f.* 12-14. H. ſexoculata.
Habitat in Aquis *dulcibus.*
Interanea pulchre pinnata pellucent.

indica. 6. H. depreſſa fuſca, ſtriis transuerſis ſubmuricatis centum.
Habitat in Indiae *marinis.*
Corpus *valde depreſſum: ſtriis annularibus expanſis elevatis. Os admodum dilatatum.*

geometra. 7. H. teres, extremitatibus dilatatis. *Fn. ſuec.* 1275.
Friſch. inſ. 6. *p.* 25. *t.* 11. Hirudo ore caudaque ampla.
Roeſ. app. t. 32. *f.* 1-4.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

muricata. 8. H. teres, corpore verrucoſo.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 93. *t.* 8. *f.* 3. Hirudo muricata.
Habitat in Mari Atlantico.

250. MYXINE. *Corpus* teres, ſubtus carinatum pinna adipoſa.
Oculi nulli.
Os terminale, cirroſum: Maxillae duae transuerſae ex Dentibus plurimis, acutis, in fauce. Dens ſuperior ſolitarius, acutus.

glutinoſa. 1. MYXINE. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 91. *t.* 8. *f.* 4.
Will. ichth. 107. *Rai. piſc.* 36. Lampetra caeca, oculis carens.
Habitat in Oceano.
Intrat et deuorat Piſces; *aquam in gluten mutat.*

251. TEREDO. *Corpus* filiforme.
Maxillae oris 2 hemiſphaericae.
Praeputium intra maxillas rotundum, ciliatum.
Sipho intra praeputium.
Tentacula ad os plerumque 8.

lapidaria. 1. T. intra lapides.
Kaehler act. Stockh. 1754. *p.* 144. *t.* 3. *f. A-F.*
Habitat ad Italiae *littora.*
Corpus *filiforme.* Tentacula 8 *circiter circum caput,* 4 *ad os.*

navalis. 2. T. intra lignum teſta flexuoſa. *Fn. ſuec.* 1329.
Valliſn. nat. 2. *t.* 4.
Sellii Tered. t. 1.
Planc. conch. 17. *n.* 2.
Habitat intra Naues *et* palos *marinos, Calamitas Nauium, ex Indiis propagata.*
Animal *filiforme, molluſcum, apodum.* Maxillae 2 *calcariae, hemiſphaericae, exciſae antice, ſubtus angulo, recto et obtuſo. Intra hos, Praeputium rotundum labio ſuperiore adaucto, intra quod Sipho peltatus; obducit labyrinthos ſuos Teſtacea tunica, ſed non a ligno diſtincta, ideoque ad nuda inteſtina potius quam ad teſtacea pertinere viſa eſt.*
Monographia: Sellii hiſtoria Teredinis. *Traiect.* 1733. 4:*to.*

II. MOL-

II. MOLLVSCA.

Animalia *simplicia*, *nuda*, *artubus instructa*, *libera*.

252. LIMAX. *Corpus* oblongum subtus disco plano se promouens.

Foramen ad latus, per quod genitalia et excrementa emittuntur.

Tentacula supra os quatuor.

ater. 1. L. ater. *Faun. suec.* 1276.
List. angl. 131. Limax ater.
Gesn. aquat. 254. Cochlea nuda 3 tota nigra.
Aldr. inf. 702. Limax tota nigra.
Habitat in Nemoribus et Lucis *umbrosis*.

rufus. 2. L. subrufus. *Faun. suec.* 1277.
Aldr. inf. 702. Limax magna, colore rufo.
List. angl. app. 6. *p.* 1. Limax 4 subrufus montanus.
Habitat ad Montium *radices*.

maximus. 3. L. cinereus maculatus. *It. oel.* 61. *Fn. suec.* 1278.
List. angl. app. 1. *f.* 2. Limax cinereus maximus striatus et maculatus.
Habitat in sylvis frondosis *umbrosis*.

agrestis. 4. L. cinereus immaculatus. *Fn. succ.* 1279.
List. angl. 130. Limax cinereus paruus immaculatus pratensis.
Blank. inf. 151. *t.* 13. *f. X.*
Habitat in Agris, *Hortis*, *Pratis*.
Autumno Secale recenter satum depascitur.

flauus. 5. L. flauus maculatus. *Fn. suec.* 1280.
List. excercit. anat. 1. *t.* 1. Limax succini colore, albidis maculis insignitus.
Habitat inter Plantas.

253. DO-

253. DORIS. *Corpus* oblongum, subtus planum.
Tentacula ad os circiter octo.

verrucosa. 1. DORIS corpore supra tuberculato.
Rumph. mus. 38. Limax marina verrucosa.
Seb. mus. 2. *t.* 61. *f.* 5. Mitella verrucosa.
Habitat in Oceano.
Corpus oblongum, semicylindricum, conuexum, extremitatibus rotundatis, supra verrucosum. Margo lateralis deflexus.
Pes vt in Limace, ouatis, oblongus margine plano.
Os tentaculis breuissimis, circiter octo.

254. TETHYS. *Corpus* oblongum, bilabiatum: corpusculo medio cartilagineo oblongo.
Tentacula duo, cuneiformia.
Foramina duo, spirantia.

limacina. 1. T. auriculis quatuor.
Habitat in Oceano *Australi.*
Corpus oblongum, antice quasi 4 auriculis acutis instructum.

leporina. 2. T. corpore rubro, margine membranaceo, auriculis duabus.
Rond. pisc. 1. *p.* 520. Lepus marinus.
Bell. aquat. 437. Lepus marinus.
Gesn. aquat. 475. Lepus marinus.
Aldr. exsangu. 78. Lepus marinus 1.
Habitat in M. Mediterraneo.
Conf. *Column. aqu. t.* 26. *f.* 2, 3.

255. NEREIS. *Corpus* oblongum, lineare, segmentis annularibus.

Tentacula lateralia, ad singulum segmentum vtrinque solitaria.

Os terminale: vnguibus duobus, arcuatis, oppositis.

lacustris. 1. N. linearis, lingua exserta.
Trembl. polyp. t. 6. f. 1.
Roes. inf. suppl. polyp. t. 79. f. 1. et t. 78. f. 16. 17.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

caerulea. 2. N. glabra caeruleſcens.
Muſ. Ad. Fr. 1. p. 93. Nereis tentaculorum 184 paribus.
Chinenſ. Lagerſtr. 38. Nereis caerulea.
Seb. muſ. 1. p. 132. t. 82. f. 3.
Brown. iam. 395. t. 39. f. 1. Nereis tentaculis capitis binis tripartitis, corporis pluribus penicilliformibus, duplici ſerie ad latera poſitis.
Habitat in Oceano.

gigantea. 3. N. tentaculorum faſciculis triplici ordine.
Seb. muſ. 1. t. 81. f. 7. Millepoda marina amboinenſis.
Habitat in M. Indico.

pelagica. 4. N. ſegmentis annularibus XL, ſubtus ſulcata.
Habitat in Pelago.
Os *vnguium pari ad apicem. Supra* Caput 2 *tubercula prominula. Inter tubercula cirri 2, et ab vtroque latere cirri 4.* Corpus *filiforme, ſubtus ſulco longitudinali.* Segmenta 44 *circiter, cum totidem paribus pediformibus e tentaculis et ſetis compoſitis.*

noctiluca. 5. N. ſegmentis XXIII annularibus.
Amoen. acad. 3. p. 203. t. 3. Noctiluca marina.
Griſl. vened. quart. Scolopendre marine luiſante.
Vianelli monogr. Luccioletta dell' aqua marina.
Habitat in omni facile mari, *aquas ignitas quaſi reddens ipſa prae paruitate nudis oculis inconſpicua.*

256. A-

256. APHRODITA. *Corpus* ouale, vtrinque pedibus pluribus fasciculo setaceo.
Tentacula oris 2, bipartita.

squamata. 1. A. oblonga, dorso squamato laeui.
Habitat in Pelago.
Corpus *oblongiusculum*, *tectum squamis* 12, *ouatis*, *latere exteriore affixis*. Pedes 24 *parium*, *vnguiculati*, *breuissimi*. Tentacula 2, *breuissima*, *bipartita*. Os *foramine inuolutum*. Cauda *setis aliquot breuibus terminata*.

aculeata. 2. A. oualis hirsuta aculeata.
Fn. suec. 1284. *Amoen. acad.* 1. *p.* 326. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 93. Aphrodita nitens.
Barthol. act. 3. *p.* 88. *t.* 88. Vermis aureus.
Barrel. rar. 131. *t.* 1284.
Swamm. bibl. t. 10. *f.* 8. 14.
β. Seb. mus. 1. *t.* 90. *f.* 1.
Habitat in Oceano.

257. LERNAEA. *Corpus* oblongum, teretiusculum.
Ouaria bina tanquam caudae.
Tentacula, quasi 2 brachia.

cyprinacea. 1. L. corpore obclauato, thorace cylindrico bifurco, brachiis apice lunatis.
Fn. suec. 1282. *t.* 2. *f.* . . Lernaea tentaculis quatuor: duobus apice lunatis.
Habitat in Cyprinis Carassiis, *frequens in piscinis*.

asellina. 2. L. corpore lunato, thorace cordato.
It. wgoth. 171. *t.* 3. *f.* 4. Lernea cauda duplici tereti.
Habitat in branchiis Gadi, *adeoque in mari*.

salmonea. 3. L. corpore obouato, thorace obcordato, brachiis duobus linearibus confertis.
Brander. piscat. cumoenf. 25. *t.* 1. *f.* 1.
Act. Stockh. 1751. *p.* 185. *t.* 6. *f.* 1-5. Pediculus salmonis.
Habitat in branchiis salmonum, *ergo etiam marina*.

Thorax *obcordatus, apice desinens in os bilabiatum, acutiusculum: labio superiore emarginato; inferiore bifido. Ad basin thoracis* Brachia 2 *filiformia longitudine corporis, apice coëuntia et affixa praedae. Apici abdominis adhaerent* Ouaria *duo, cylindrica, granulata, longitudine totius animalis.*

258. PRIAPVS. *Corpus* oblongum, teres, basi affixum.
Os terminale dentibus incuruis: rostro cylindrico radiato.

equinus. 1. P. semiouatus laeuiusculus.
Mus. Ad. Fr. 1. *p.* 93. Tethys semiouatus. *
Habitat in Oceano *Europaeo.*

humanus. 2. P. cylindricus striis annularibus, glande striis longitudinalibus eleuatis. *Chin. Lagerstr.* 30. *n.* 42. *
Habitat in Mari Indico.

259. SCYLLAEA. *Corpus* compressum, oblongum, dorso canaliculato; Brachiis subtus trium parium obtusis.
Os foramine edentulo terminali.

pelagica. 1. SCYLLAEA.
Mus. Ad. Fr. 1. *p.* 56. Lepus pelagicus.
Osb. iter. 306. Zoopterygius.
Seb. mus. 1. *t.* 74. *f.* 7.
Habitat in Pelagi. *Fuco natante.*
Corpus *oblongum, compressum, molluscum.* Os *apice tenuiore perforato, edentulo.* Dorsum *longitudinaliter canaliculatum fossula crenata, qua Fuco affigitur quiescens. Postica corporis pars obtusa, latior.* Brachia 3 *parium: primum sub ore, minus, rotundius; secundum sub medio corporis, foliaceum, oblongum, repandum, obtusius, intus papillulis adspersum; tertium versus posteriora, simile primo pari.*

260. HO-

260. HOLOTHVRIA. *Corpus* gibbum, nudum, ouale, natans.
Tentacula saepius ad alteram extremitatem, inaequalia numero et figura.

Physalis. 1. H. cirris difformibus.
Rumph. mus. 49. Holothuria.
Sloan. iam. 1. *p.* 7. *t.* 4. *f.* 5. Vrtica marina soluta purpurea oblonga, cirris longissimis.
Chin. lagerstr. 40. *f.* 6.
Brown. iam. 386. Arethusa crista subrubella venosa.
Osb. iter. 284. *t.* 12. *f.* 1. Physalis pelagica.
Habitat in Pelago.
Corpus ouatum, subtrigonum, hyalinum. Dorsum acutum, obscure viride, vnde nerui excurrunt plurimi, antice rufescens. Rostrum spirale, rufescens, ad apicem crassiorem. Tentacula sub apice crassiore plurima, inaequalia: horum breuiora teretia, crassiora; media capillaria, apice luteo-globosa, reliqua filiformia, longiora: quorum intermedium crassius et duplo longius.

Thalia. 2. H. crista compressa lineis lateralibus integris. †
Brown. iam. 384. *t.* 43. *f.* 3. Thalia oblonga, crista perpendiculari compressa quadrata, lineis lateralibus integris.
Habitat in Pelago *Americano.*

caudata. 3. H. caudata, crista depressa: lineis lateralibus interruptis. †
Brown. iam. 384. *t.* 43. *f.* 4. Thalia oblonga caudata, crista depressa rotundata: lineis lateralibus interruptis.
Habitat in Pelago.

denudata. 4. H. destituta crista caudaque. †
Brown. iam. 384. Thalia oblonga, lineis interruptis cauda et crista destitutis.
Pis. braf. 296. Moucicu.
Habitat in Pelago *Americano.*

261. TRITON. *Corpus* oblongum.
Os lingua inuoluta, ſpirali.
Tentacula XVI: vtrinque 6: poſticis cheliferis.

litoreus. 1. TRITON.
Habitat in foraminibus Rupium *ſubmarinarum.*

Stella *conuexa.* Sutura *reptans*, *millefaria*, *humilior*, *e qua assurgit altior lamellis interiecta.* Lamellae *parallelae.*

areolata. 24. M. simplex acaulis: ambulacris pinnatis, puluillis angustis truncatis.

Pet. fil. 216. *t.* 20. *f.* 16.

Rumph. amb. 6. *p.* 244. *t.* 87. *f.* 1.

Oleav. mus. t. 34. *f.* 4.

Clus. exot. 125. Fungus saxeus minor.

Habitat in O. Asiatico.

Discus *conuexus:* Ambulacris *profundis latissimis pinnatis inaequalibus;* Puluillis *eleuatis angustis compressis truncatis.*

* * Compositae: *Stella e plurimis composita.*

punctata. 25. M. composita acaulis, punctis stellaribus confertis.

Habitat in Oceano Europaeo.

Lapis *rotundatus albus friabilis.* Puncta *conferta parua inaequalia, singula poris* 10 *s.* 12 *pertusis conflata.*

Agaricites. 26. M. composita acaulis sulcata, sulcis carinatis, stellis concatenatis.

Habitat in O. Indico.

Lapis *constans lamellis variis diuergentibus semiorbiculatis, exaratis vtrinque sulcis plurimis repandis:* Fundo *stellis concatenatis.*

truncata. 26. M. composita, corporibus proliferis disci pluribus margine coadunatis, stellis truncatis: centro cylindrico-concauis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 93. *t.* 4. *f. X:* 3. *XVIII.*

Habitat . . fossilis.

stellaris. 27. M. composita, corporibus proliferis centralibus solitariis, stellis margine dilatato-coadunatis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 94. *t.* 4. *f. XI.* 4.

Habitat . .

polygama. 28. M. composita, stellis cylindricis duodecim-radiatis intermixtisque concauis maiusculis conuexis. *Chin. Lagerstr.* 51. *f.* 15.

Habitat in O. Asiatico.

29. M.

fauoſa. 29. M. compoſita, ſtellis angulosis concauis coadunatis.
Amoen. acad. 1. *p.* 96. *t.* 4. *f. XVI.*
Bocc. muſ. 1. *t.* 5. *f.* 3. Aſtroites.
Habitat . . foſſilis.

Aſtroites. 30. M. compoſita, ſtellis ſubrotundis concauis coadunatis.
Hort. cliff. 481.
Olear. muſ. 74. *t.* 34. *f.* 5.
Bocc. muſ. 1. *t.* 5. *f.* 4. Aſtroites V.
Geſn. fig. 35.
Worm. muſ. 68.
Plot. oxon. 87. *t.* 2. *f.* 6, 7. Aſtroites.
Boet. lap. 298.
Sloan. iam. 1. *p.* 54. *t.* 21. Lapis Aſtroites ſ. ſtellaris.
Aldr. muſ. 872. *t.* 877, 878, 879. Stellatus lapis.
Habitat . . foſſilis.

Organum. 31. M. compoſita, cylindris ſtriatis membrana deflexa ſtriata combinatis.
Amoen. acad. 1. *p.* 96. *t.* 4. *f.* 6: 1. Madrepora compoſita, corporibus proliferis e centro ſolitariis, membrana reflexa coadunatis ſtellatis.
Habitat . . foſſilis.

flexuoſa. 32. M. compoſita, ſtellis cylindricis flexuoſis ſcabris: ſuperne diſtinctis faſtigiatis.
Amoen. acad. 1. *p.* 96. *t.* 4. *f. XIII:* 5. Madrepora compoſita; cylindris flexuoſis ſcabris, cortice hinc inde coalitis.
Habitat . . foſſilis.

turbinata. 33. M. compoſita, ſtellis turbinatis laeuibus ſubdichotomis apice contingentibus.
Edw. au. t. 194.
Habitat . .

faſcicularis. 34. M. compoſita, ſtellis cylindricis rectis glabris: ſuperne diſtinctis faſtigiatis.
Bauh. hiſt. 3. *p.* 795. Corallio affinis Madrepora.
Bonan. muſ. t. 266. *f.* 9.
kirch. t. 288. *f.* 9. Balanorum cylindraceorum glomus.
Gualt. teſt. t. 106. *f. G.*
Rumph. amb. 6. *p.* 245. *t.* 87. *f.* 3. Caryophyllus ſaxeus.

Bocc.

Bocc. muſ. 1. *p.* 288. *t.* 5. *f.* 1. Madrepora I.
Shaw. afr. 17. Fungus tubulatus et ſtellatus.
Donat. marin. 53. *t.* 6.
Habitat in O. Africano.
E baſi calcaria cylindri plures faſtigiati diſtincti.

Ananas. 35. M. compoſita, corporibus proliferis e centro pluribus vndique coadunatis, ſtellis conuexis ſtriaris centro concauis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 92. *t.* 4. *f. IX, VIII:* 2.
Brom. lith. t. 39. Fungites gotlandicus, breui pediculo, magno amplo pileo.
Hebw. lith. 53. *t.* 5. *f.* 22. Corallium albidum ſuperficie figuris aſteriformibus propemodum obliteratis.
Bocc. muſ. 1. *p.* 288. *t.* 9. *f.* 7. Aſtroites.
Habitat . . foſſilis.

* * * Ramoſae: *Stellis ſimplicibus.*

pertuſa. 36. M. ramoſiſſima glabra, axillis perforatis, ſtellis conicis.
Habitat . .
Rami *ſimiles Corallio albo, numeroſi, ſubdiaphani.* Axillae *perforatae cauitatibus maioribus ſ. minoribus.* Ramuli *gerunt* ſtellas *turbinatas ſubmembranaceas dentatas, intus ſtriatas, quaſi calyces ex caulis exterioris latere erecti, vnde bifariam cyathi ſtellares flexuoſis ramis.*

ramea. 37. M. ramoſa pinnata vndulato-ſtriata, ſtellis terminalibus.
Pet. gaz. t. 76. *f.* 7.
Marſigl. mar. t. 30. *f.* 136.
t. 31. *f.* 44.
Habitat in O. Americano *et* Aſiatico.
Rami *magni, ſolidi, bifariam alternatim ramoſi.* Stellae *terminales ramulorum, ſolitariae, cylindricae.*

rubra. 38. M. ramoſa glabra, ramis vagis, ſuperficie ſtriis obliquis, ſtellis obſoletis lateralibus.
Bauh. pin. 366. Corallium rubrum.
Tournef. inſt. 572. *f.* 339.
Worm. muſ. 231.
Ellis corall. 93. *t. A, C.*
Donat. marin. 43. *t.* 5.
Habitat in Mari Numidico *ad* la Calle.

Caulis *teres varie ramosus diuaricatus solidus; rubra corticalis substantia in maioribus discedit.* Striae *obliquae parallelae.* Stellae *paruae rariores, sparsae, nec terminales.*

oculata. 39. M. ramosa glabra concaua, ramis alternis, superficie striis obliquis, stellis distiche alternis.

Hort. cliff. 481. Madrepora simplex ramosa, ramis teretibus laeuibus solidiusculis, lamellis integris.

Worm. mus. 234.

Rai. hist. 62. Corallium album.

Tournef. inst. 573. Madrepora vulgaris.

Baub. hist. 3. *p.* 793. Corallium album oculatum officinarum.

Imperat. nat. 627. Corallium album fistulosum.

Ellis corall. 95. *t.* 35. *f. B.* Corallium album maius.

Morif. hist. 3. *p.* 655. *f.* 15. *t.* 10. *f.* 1. Porus magnus Corallio affinis.

Gualt. test. t. 24. Acropora alba, foraminibus stellatis amplioribus.

Habitat in Mari Siculo, Tyrrheno.

Caulis *laeuis, varie ramosus, solidus, versus basin cylindrico-cauus.* Superficies *striis obsoletis, obliquis, parallelis.* Stellae *non prominent, sed pori alternati stellati.*

virginea. 40. M. corallio subdichotomo solido albido, stellis sparsis prominulis.

Corallium simile M. oculatae, a qua differt: Colore albido-purpurascente; Ramis rectis, nec flexuosis; Caule solido, nec tubuloso; Stellis sparsis prominulis nec distiche alternis.

V. ZOOPHYTA.

Animalia *composita, efflorescentia.*
Stirps *vegetans.*

302. ISIS. *Flores* . . .
Stirps radicatus, lapideus, nudus, rigidus, geniculatus.

Hippuris. 1. I. stirpe corallino, articulis striatis, geniculis attenuatis.
Hort. cliff. 480. Sertularia ramosissima, articulis fulcatis.
Mus. Tessin. 118. *idem.*
Clus. exot. 124. Hippuris saxea.
Bauh. hist. 3. *p.* 788.
Rai. hist. 68.
Besl. mus. 78. *t.* 23.
Olear. mus. 76. *t.* 35. *f.* 4.
Rumph. amb. 6. *p.* 228. *t.* 84. Accabarium album.
Gualt. test. 118.
Edw. au. t. 93.
Habitat . .

dichotoma. 2. I. stirpe corallino, articulis laeuibus, geniculis decorticatis.
Pet. gaz. 7. *t.* 3. *f.* 10. Hippuris coralloides carnea capensis, geniculis limosis.
Habitat in M. Aethiopico.

ocracea. 3. I. stirpe corallino, articulis decorticatis, geniculis nodosis.
Hort. cliff. 480. Lithoxylon ramosum erectum articulatum rigidum, ramis saepius liberis oppositis compressis, geniculis crassiusculis.
Rumph. amb. 6. *p.* 234. *t.* 85. *f.* 1. Accabarium rubrum.
Habitat in M. Indico.

Zoophyta *non sunt, vti Lithophyta, auctores suae Testae; sed Testa ipsorum; sunt enim corpora (vti flores) imprimis generationis organa, adiectis nonnullis oris motusque instrumentis. vt motum, quem extrinsecus non habent, a se ipsis obtineant.*

Anastatica. 4. I. stirpe capillari paniculato minutissimo. *Fig.* 16.
Amoen. acad. 2. *p.* 64. *n.* 4, 5.
Act. angl. 1747. *n.* 484. *t.* 1. *f.* 5.
Schaeff. monogr. 1754. *t.* 1. *f.* 3, 4.
Needh. micr. t. 7. *f.* 3, 4, 5.
De Geer act. Stockh. 1747. *t.* 6. *f.* 4, 5.
Trembl. act. angl. 1747. *n.* 484. *t.* 1. *f.* 5.
Habitat in Aquae dulcis *Conchyliis, plantis; frequens.*
Hydram refert compositam in formam Anastaticae, sed adeo parua, vt vix nudis adpareat oculis; singulumque ramulum terminat Hydra s. sioculus seriens, et ad minimum motum contrahuntur omnes in globum more Anastaticae siccae; mortuis animalculis restat stirps ramosa, rigida, dum ad tactum tantum sentitur scabrities, quae oculo armato fruticulum refert.

Encrinus. 5. I. stipite osseo subulato simplicissimo subcontorto.
Ellis corall. 96. *t.* 37. Hydra marina arctica, corporibus multis octotentaculatis basi iunctis et scapo praelongo osseo sustentaris.
Habitat in M. Groenlandico.

303. GORGONIA,

Flores e poris sparsis lateralibus. *Ellis cor. t.* 26. *f. M.*

Proles rariores e calyce galeato bilabiato: Labio superiore tridentato; inferiore subtridentato.

Stirps radicatus, corneus, flexilis, continuus, cortice calcario crustatus.

spiralis. 1. G. simplicissima spiralis scabra.
Rumph. amb. 6. *p.* 202. *t.* 78. *f. C.* Palmiuncus anguinus.
Habitat in India.
Caulis *crassitie pennae, ater, teres, adspersus per series punctis acutis.*

2. G.

Ventalina. 2. G. reticulata, ramis lateribus externe compreſſis.
Hort. cliff. 480. Lithoxylon retiforme, ramulis oppoſite compreſſis, fructificationibus ſubrotundis exſertis prominentibus.
Boerh. lugdb. 1. *p.* 6. Keratophyton maximum cinereum elegantiſſime reticulatum.
Calceol. muſ. 17. *t.* 16.
Marſil. mar. t. 19. *f.* 84.
Bonan. kirch. t. 266. *f.* 12.
Rumph. amb. 6. *p.* 205. *t.* 89. *f.* 1.
Habitat in O. Americano *et* Aſiatico.
Differt haec a G. Flabello ſolum ramis non verſus ramulos, ſed a lateribus exterioribus compreſſis, quod cum e figuris hariolari non liceat, de ſynonymis ſaepius dubium ſupereſt, vtrum ad hanc vel alteram ſpectent.

Flabellum. 3. G. reticulata, ramis interne compreſſis.
Hort. cliff. 480. Lithoxylon retiforme, ramis parallele compreſſis: primordialibus craſſioribus.
Cluſ. exot. 120. Frutex marinus elegantiſſimus.
Bauh. hiſt. 3. *p.* 798.
Olear. muſ. 76. *t.* 35. *f.* 2.
Rumph. muſ. 6. *p.* 205. *t.* 79.
Ellis corall. 61. *t.* 26. *f. K.* Keratophyton flabellum veneris Linnaei.
Boerh. lugdb. 1. *p.* 6. Keratophyton album denſe reticulatum fibris latioribus.
Habitat in O. Indico.

Antipathes. 4. G. ſubramoſa erecta laeuis nitida.
Marſill. corall. t. 18. *f.* 82.
Ginann. adriat. t. 7. *f.* 20. Iſis palma.
Habitat inter Tropicos, *inque* M. Adriatico.
Caulis *craſſitie fere digiti, erectiuſculus, ater glaberrimus, parum ramoſus.*

Ceratophyta. 5. G. dichotoma ſtriata, axillis diuaricatis.
Muſ. Teſſin. 118. Lithophyton ramis virgatis atris, cortice albo poroſo.
Rumph. amb. 6. *p.* 223. *t.* 83. Virga ſanguinea.
Catesb. car. 2. *p.* 21. *t.* 21. Lithoxylon longe ramoſum, cortice flauo perforato.

Ginann. adriat. t. 8. *f.* 21. Lithophyton mar. albicans.
Habitat in Indiis *et* M. Adriatico.
Caulis *dichotomus, erectus, subſtriatus, niger, axillis diuaricatis compreſſis.* Rami *flexuoſi, erecti, cornei, medulla fere nulla.* Cruſta *alba, membranacea.*

pinnata. 6. G. compreſſiuſcula ramis diſtichis compreſſis.
Hort. cliff. 480. Lithoxylon pinnato-ramoſum erectum compreſſum flexile, ramulis ſetaceis.
Marſil. mar. t. 20. *f.* 94.
Breyn. prodr. 3. *p.* 34. *t.* 30. Lithoxylon incruſtatum, ramis compreſſis ſetoſis quaſi pinnatis.
Cluſ. exot. 121. Quercus marina theophraſti.
Habitat in O. Aſiatico.
Caulis *parum compreſſus, vt rami duo latera ſpectent, ſuperius et inferius.* Rami *alterni pinnati diſtichi purpuraſcentes.*

aenea. 7. G. paniculata, ramis alternis confertis dichotomis ſetaceis.
Rumph. amb. 6. *p.* 207. *t.* 30. *f.* 2.
Habitat in India.
Caulis *inferne nudus, ſuperne paniculatus, ouatus, flexuoſus.* Rami *alterni, conferti, dichotomi, pellucidi, deſinentes in ramulos fere capillares.*

Placomus. 8. G. paniculata, ramis vagis tomentoſis, calycibus octodentatis.
Breyn. prodr. 3. *t.* 29. Lithophyton fuſcum ſubhirſutum.
Habitat in Mari Norvegico.

Abies. 9. G. paniculata, ramis recuruis muricato-ſcabris.
Habitat in O. Indico.
Caulis *laeuis.* Rami *conferti recurui, punctis acuminatis fere imbricatis, vix conſpicuis, ſcabri.*

304. ALCYONIVM. *Flores* Meduſae, ſparſi intra corticem Epidermide veſiculari poris pertuſa. *Ellis cor. t.* 17. *f. D.*
Stirps radicata, ſtupoſa, tunicato-corticata, continua.

arboreum. 1. A. ſtipite arboreſcente, ramis obtuſis.
Muſ. Teſſin. 120. *t.* 10. Lithoxylon noruegicum.
Cluſ. exot. 119. *t.* 119. Arbuſcula marina coralloides.
Worm. muſ. 230. Planta marina coralloides.
Bauh. hiſt. 3. *p.* 797. Planta marina coralloides rubra.
Habitat in Oceano Noruegico.

digitatum. 2. A. acaule coriaceum oblongum rugoſum.
Rai. angl. 3. *p.* 31. *n.* 2.
Ellis corall. 82. *n.* 2 *t.* 32. *f. A, a.* Alcyonium ramoſo-digitatum molle, aſteriſcis vndique ornatum.
Habitat in O. Europaeo.

Burſa. 3. A. acaule pulpoſum ſubgloboſum.
Bauh. hiſt. 3. *p.* 795. Alga Pomum monſpelienſium.
Bauh. pin. 368. Burſa marina.
Rai. hiſt. 83. *angl.* 3. *p.* 31. Burſa marina.
Ellis corall. 82. *n.* 1. *t.* 17. *f. B,* C, *D.* Alcyonium pulmonis inſtar lobatum.
Habitat in O. Europaeo.

305. TVBVLARIA. *Flores* Hydrae. *Ellis cor. t.* 16. *f. C. et t.* 17. *f. A.*
Stirps radicata, ſubgeniculata, tubuloſa, membranacea.

indiuiſa. 1. T. cylindris ſimpliciſſimis geniculatis.
Rai. angl. 3. *p.* 31. *n.* 4. Adianti aurei minimi facie planta marina.
Ellis corall. 31. *n.* 2. *t.* 16. *f. C.* Corallina tubularia calamos arundinaceos referens.
Habitat in Oceano Europaeo.

ramosa. 2. T. cylindris ramosis, geniculis contortis.
Ellis cor. 31. *n.* 3. *t.* 16. *f. a. et t.* 17. *f. A.* Corallina tubularia gracilis et ramosa, axillis ramulorum contortis.
Habitat in Oceano Europaeo.

306. ESCHARA. *Flores* Hydrae. *Ellis cor. t. 29. f. D. 1.*

Stirps radicata, papyracea, nuda, porosa.

foliacea. 1. E. foliacea ramosa, laciniis cuneiformibus rotundatis.
Hort. cliff. 480. Millepora membranacea flexilis ramosissima, ramis distinctis planis obtusis superne dilatatis.
Ellis corall. 70. *t.* 29. *f. A.* Eschara foliacea. millepora spongiosa, cellulis arcuatis alternis vtrinque instructa.
Bauh. pin. 367. Porus cerninus imperati.
Bauh. hist. 3. *p.* 799. Alga marina platyceratos porosa.
Morif. hist. 3. *p.* 646. *f.* 15. *t.* 8. *f.* 16. Muscus marinus scruposus albidus telam sericeam textura sua aemulans.
Rai. angl. 3. *p.* 42. *n.* 9. Fucus telam lineam sericeamue textura sua aemulans.
Tournef. inst. 568. *t.* 334. Idem.
β. Ellis. corall. 69. *t.* 28. *f. A.* Eschara foliacea millepora tenera angustior, foliolis quasi abscissis, cellulis oblongis alternis vtrinque instructa.
Morif. hist. 3. *p.* 646. *f.* 15. *t.* 8. *f.* 17. Fucus marinus scruposus albidus angustior compressus, extremitatibus quasi abscissis.
Habitat in Oceano Europaeo.

fistulosa. 2. E. ramea dichotoma fistulosa articulata teres.
Ellis corall. 46. *n.* 1. *t.* 23. *f. A.*
Bauh. hist. 3. *p.* 811. Corallina fistulosa fragilis crassior.
Rai. hist. 65. Idem.
Pluk. phyt. t. 26. *f.* 2. Corallina fistulosa fragilis: internodiis praelongis laeuibus albis, farciminum modo concatenatis.

Barrel.

Barrel. iam. 1275. *f.* 7. Muſcus coralloides polygonoides, ſalicorniae folio, maior.
Habitat in Oceano Europaeo.

fragilis. 3. E. ramea dichotoma fiſtuloſa continua compreſſa.
Plak. alm. 118. *t.* 168. *f.* 4. Corallina fiſtuloſa flexilis geniculata mollis americana, ſegmentis latis et compreſſis.
Habitat in Oceano Americano.

diuaricata. 4. E. ramea dichotoma fiſtuloſa continua diuaricata.
Habitat in O. Aſiatico.
Dichotoma, diuaricata absque geniculis, ſubflexilis, craſſitie fili groſſioris, longitudine digiti, alba.

verticillata. 5. E. ramea verticillata articulata cylindrico-anceps.
Moriſ. hiſt. 3. *p.* 646. *ſ.* 17. *t.* 8. *f.* 14. Fucus purpureus humilis tenuiter diuiſus geniculatus.
Rai. angl. 3. *p.* 34. *n.* 9. Corallina lenta purpurea compreſſa.
Habitat in Oceano Europaeo.
Facies Charae, valde flexilis. Arciculi filiformes, verticillati, parum ancipites.

307. CORALLINA. *Flores* . . .

Stirps radicata, articulata, fibroſa cortice calcario: articulis punctatis.

Opuntia. 1. C. trichotoma: articulis compreſſis ſubreniformibus.
Ellis corall. 53. *t.* 25. *f. a, b.*
Cluſ. hiſt. 2. *p.* 250.
Bauh. pin. 364. Fucus folio ſubrotundo.
Bauh. hiſt. 3. *p.* 802. Scutellaria ſ. Opuntia marina.
Plak. alm. 118. *t.* 26. *f.* 1. Corallina latifolia ſ. Opuntia marina.
Imperat. natur. 853. *f.* 854. Sertularia.
Habitat in Oceano Europaeo, Americano.

officinalis. 2. C. trichotoma, articulis cylindricis: terminali ouato.
Ellis corall. 48. *n.* 2. *t.* 24. *f. A.*
Bauh. hiſt. 3. *p.* 810. Corallina.

Bauh. pin. 363. Muſcus maritimus ſ. Corallina offic.
Rai. hiſt. 1. *p.* 65. *angl.* 3. *p.* 33. *n.* 1. Corallina.
Dal. pharm. 60. Corallina.
Habitat in O. Europaeo.

ſquamata. 3. C. bipinnata, articulis obouatis compreſſis.
Ellis corall. 49. *n.* 4. *t.* 24. *f.* C. Corallina anglica erecta, ramulis denſe pinnatis lanceolae forma.
Pluk. alm. 118. *t.* 48. *f.* 4. Corallina magis erecta pennata, eburneo nitore candicans.
Bauh. pin. 364. Muſcus coralloides ſquamulis loricatus.
Lob. ic. 2. *p.* 249.
Habitat in Oceano Europaeo.

corniculata. 4. C. dichotoma, articulis bicornibus: corniculis articularis.
Ellis. corall. 50. *n.* 6. *t.* 24. *f.* D. Corallina alba exigua, ramulis dichotomis: ſegmentis corniculatis.
Habitat in Oceano Europaeo.

barbata. 5. C. dichotoma articulis cylindricis, ramulis apice barbatis.
Ellis corall. 53. *t.* 25. *f.* C. Corallina articulata iamaicenſis.
Habitat in Oceano Americano.

fragiliſſima. 6. C. dichotoma, articulis ſolitariis filiformibus diuaricatis.
Sloan. iam. 1. *p.* 58. *t.* 20. *f.* 5. Corallina minima, capillaceo folio?
Habitat in Indiis.
Parua, ſetacea, fragiliſſima, albiſſima, articulis longis ſimplicibus, rigidis.

rubens. 7. C. dichotoma capillaris, articulis cylindricis breuiſſimis: dichotomiae ſubclauatis.
Ellis corall. 59. *n.* 5. *t.* 24. *f.* E. Corallina ramulis dichotomis teneris capillaribus rubentibus.
Bauh. hiſt. 3. *p.* 811. Corallinae affinis ſ. Muſcus marinus tenui capillo.
Bauh. pin. 363. Muſcus capillaceus, multifido folio, albidus.
Habitat in Oceano Europaeo.

criſtata. 8. C. dichotoma capillaris: articulis omnibus clauatis.
Ellis corall. 51. *n.* 7. *t.* 24. *f.* F. Corallina dichotoma, capillis denſis criſtatis ſpermophoros.

Barrel.

Barrel. ic. 1296. *f.* 2. Muſcus coralloides criſtatus.
Habitat in Oceano Europaeo.

ſpermophoros. 9. C. dichotoma capillaris inferne pinnata, articulis cylindricis.
Ellis corall. 51. *n.* 8. *t.* 24. *f. G.* Corallina alba ſpermophoros, capillis tenuiſſimis.
Moriſ. hiſt. 3. *p.* 651. *ſ.* 11. *t.* 9. *f.* 9. Corallina muſcoſa.
Pluk. alm. 119. *t.* 168. *f.* 3.
Habitat in Oceano Europaeo.

Penicillus. 10. C. culmo ſimplici, ramis faſciculatis faſtigiatis dichotomis flexilibus inarticulatis.
Habitat in Aſia.
Stirps craſſitie pennae, longitudine digiti, cortice fere tectus, e cuius apice, penicilli inſtar, faſciculus ramorum filiformium.

308. SERTVLARIA. *Flores* Hydrae. *Ellis cor. t.* 5. *f. A; t.* 9. *f. C; t.* 10. *f. A.; t.* 20. *f. C.*
Stirps radicata, fibroſa, nuda, articulata: articulis vnifloris.

* *Quariis diſtinctis et exſertis inſtructae.*

roſacea. 1. S. denticulis oppoſitis truncatis, calycibus oblongis foliaceo-roſaceis, ramis alternis.
Ellis corall. 6. *n.* 7. *t.* 4. *f. A.* Corallina pumila pennata, denticulis teneris albis et oppoſitis, veſiculis florem lilii vel mali punicae ſe expandentem referentibus.
Habitat in Oceano.

pumila. 2. S. denticulis oppoſitis mucronatis recuruatis, calycibus obouatis, ramis vagis.
Ellis corall. 9. *n.* 8. *t.* 5. *f. A.*

Rai.

Sertulariae *et plures affines radicatae ſunt more plantarum, radiculis extra ſe diſperſis, quamuis flores harum animati motum, quem a ventis non obtinent, voluntario niſu aſſequantur omnino animalcula.*

Rai. angl. 3. *p.* 37. *n.* 19. Corallina pumila repens minus ramosa, denticulis biiugis.
Habitat in Oceano.

operculata. 3. S. denticulis oppositis mucronatis erectiusculis, calycibus obouatis operculatis, ramis alternis.
Ellis corall. 8. *n.* 6. *t.* 3. *f. B.*
Rai. angl. 3. *p.* 36. *n.* 18.
Pluk. alm. 119. *t.* 47. *f.* 11. Corallina muscosa denticulata procumbens, caule tenuissimo, denticellis ex aduerso sitis.
Rai. hist. 79. *Morif. hist.* 3. *p.* 650. *f.* 15. *t.* 9. *f.* 3. Muscus marinus denticulatus procumbens, caule tenuissimo, denticellis biiugis.
Morif. hist. 3. *p.* 650. *f.* 15. *t.* 9. *f.* 2. Muscus marinus lentiginosus minimus arenacei coloris.
Habitat in Oceano.

tamarisca. 4. S. denticulis suboppositis truncato-subtridenticulatis, calycibus obouatis bidentatis, ramis alternis.
Ellis corall. 4. *n.* 1. *t.* 1. *f. A.* Corallina vesiculata, sparsim et alternatim ramosa, denticulis oppositis cylindricis: oribus crenatis patulis.
Habitat in Oceano.

abietina. 5. S. denticulis suboppositis tubulosis, calycibus oualibus, ramis alternis.
Ellis corall. 4. *n.* 2. *t.* 1. *f. B.*
Rai. angl. 3. *p.* 35. *n.* 12. Corallina abietis forma.
Pluk. alm. 119. *t.* 48. *f.* 5. Corallinae affinis Abies marina dicta.
Morif. hist. 3. *p.* 650. *f.* 15. *t.* 9. *f.* 1. Muscus maritimus, filicis folio.
Bauh. hist. 3. *p.* 799. Musci marini genus foliis pinnatis.
Bauh. pin. 365. Abieti similis maritima.
Habitat in Oceano.

cupressina. 6. S. denticulis suboppositis subacutis, calycibus obouatis bidentatis, ramis sparsis.
Ellis corall. 7. *n.* 5. *t.* 3. *f. A.* Corallina cupressi forma, denticulis obtusis: paullulum alternis, ramis in exigua et rariora capillamenta sparsis, vesiculis bidentibus.
Habitat in Oceano.

7. S.

argentea. 7. S. denticulis ſuboppoſitis mucronatis, calycibus oualibus, ramis alternis paniculatis.
Ellis corall. 6. *n.* 4. *t.* 2. *f.* C.
Rai. angl. 3. *p.* 36. *n.* 17. *Plukn. alm.* 119. *t.* 48. *f.* 3. Corallina muſcoſa alterna vice denticulata, ramis in creberrima capillamenta ſparſis.
Morif. hiſt. 3. *p.* 650. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 4. Muſcus marinus minor, denticulis alternis.
Bocc. muſ. 1. *p.* 259. *t.* 6. *f.* 6. Muſcus marinus argenteus coralloides ramoſus erectus.
Habitat in Oceano.

auicularia. 8. S. denticulis ſuboppoſitis mucronatis, calycibus globoſis mucronatisque ſeſſilibus, ramis dichotomis.
Ellis corall. 36. *n.* 2. *t.* 20. *f. A. et t.* 28. *f.* 7. Corallina cellifera erecta, ramoſa et plumoſa, ſphaerulas teſtaceas ſumma parte: auiumque capitum formas e latere cellularum gerens.
Habitat in Oceano.

rugoſa. 9. S. denticulis alternis obſoletis, calycibus rugoſiſſimis, ramis vagis.
Ellis corall. 26. *n.* 23. *t.* 15. *f. A.*. Corallina exigua repens, denticulis alternis, fructus medicae cochleatae aemulis.
Habitat in Oceano.

halecina. 10. S. denticulis alternis obſoletis, calycibus oualibus ore obliquo, caulibus coadunatis.
Ellis corall. 17. *n.* 15. *t.* 10. Corallina erecta tubuloſa pennata, halecis ſpinae facie.
Rai. angl. 3. *p.* 36. *n.* 15. Corallina ſcrupoſa pennata, cauliculis craſſiuſculis rigidis.
Habitat in Oceano.

thuja. 11. S. denticulis alternis tubuloſis adpreſſis, calycibus obouatis ore cylindrico, caule dichotomo diſticho.
Ellis corall. 10. *n.* 9. *t.* 5. *f. B.* Corallina veſiculata, caule angulato rigido, ramis denſe ſtipatis et bifurcatis terminantibus, denticulis cauli adpreſſis.
Rai. angl. 3. *p.* 50. *n.* 47. *Sibb. ſcot.* 2. *t.* 1. *p.* 56. Fucus equiſeti facie oſtreae teſtae adnatus.
Habitat in Oceano.

12. S.

eburnea. 12. S. denticulis alternis truncatis prominulis, calycibus gibbis roſtratis, ramis paniculatis.
Ellis corall. 39. *t.* 21. *f. A.* Corallina cellifera minima fragilis ramoſa et veſiculifera, colore eburneo, cellis tubiformibus coniunctis paululum arcuatis et fere oppoſitis.
Habitat in Oceano.

cornuta. 13. S. denticulis alternis truncatis ſpinoſis, calycibus gibbis roſtratis, ramis alternis.
Ellis corall. 42. *n.* 10. *t.* 21. *f. C.* Corallina cellifera minutiſſima falcata et cruſtata, cellulis capricorniformibus ſimplicibus veſiculas gerens.
Habitat in Oceano.

Myriophyllum. 14. S. denticulis ſecundis acutis, calycibus cylindricis ſeſſilibus, ramis pinnatis incuruatis.
Ellis corall. 14. *n.* 13. *t.* 8. *f. A.* Corallina pennata et falcata, pennas caudae phaſiani referens, caule gibboſo.
Barr. ic. 1292. *f.* 2. Corallina fruticoſa pennata.
Bauh. pin. 363. Muſcus maritimus, filicis folio.
Moriſ. biſt. 3. *p.* 650. Muſcus marinus pennatus, ramulis et capillamentis falcatis.
Zanich. monogr. venet. 1714. *Ginann. opuſc. t.* 11. *f.* 24. Myriophyllum pelagicum.
Habitat in Oceano.
Stirps *rachin pennae referens, a latere anteriore ſulco exaratus, pennatus Radiis e ſulco alternis, ſimplicibus, approximatis, alternato-dinaricatis, parallelis, aequalibus, articulatis, incuruis.*
Fructificatio *ſolitaria e ſingulo articulo radii, a latere incuruato, cylindrica, pellucida, ramo approximato, bractea ſubulata ſe dimidio breuiore.*

falcata. 15. S. denticulis ſecundis tubuloſis, calycibus ouatis, ramis pinnatis alternis.
Ellis corall. 12. *n.* 11. *t.* 7. *f. A.*
Rai. angl. 3. *p.* 36. *n.* 16. *Plukn. alm.* 119. *t.* 47. *f.* 12. Corallina muſcoſa pennata, ramulis et capillamentis falcata.
Moriſ. biſt. 3. *p.* 650. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 2. Muſcus pennatus, ramulis et capillamentis falcatis.
Habitat in Oceano.

16. S.

Pluma. 16. S. denticulis fecundis campanulatis, calycibus gibbis criſtatis, ſurculis pinnatis alternis lanceolatis.

Ellis coral. 13. *n.* 12. *t.* 7. *f. B.* Corallina pennata et filiquata, denticulis florem lilii convallium referentibus.

Bocc. muſ. 1. *p.* 257. *t.* 6. *f.* 6. Pinnaria marina imperati.

Habitat in Oceano.

antennina. 17. S. denticulis verticillatis ſetaceis, calycibus ſubſeſſilibus verticillatis, ſurculis ſubſimplicibus.

Tournef. inſt. 570.

Ellis corall. 15. *n.* 14. *t.* 9. *f. b. nom. ſequ.*

Rai. angl 3. *p.* 34. *n.* 10. Corallina aſtaci corniculorum aemula.

Pluk. alm. 119. *t.* 48. *f.* 6. Corallinae affinis non ramoſa arenacei coloris, aſtacorum corniculis inſtar geniculata.

Rai. hiſt. 79. Muſcus marinus equiſetiformis non ramoſus.

Ginanni. opuſc. 16. *t.* 11. *f.* 25. Myriophyllum non ramoſum.

β. Corallina ramoſa cirris obſita. *Rai. angl.* 3. *p.* 35. *n.* 11.

Habitat in Oceano.

Stirps *ſimplex, ſpithamea, teres, ſetiformis, rigidiuſcula, verticillata ſetis quaternis, brevibus, capillaribus, articulatis.*

Fructificationes *ſolitariae ad ſetarum articulos a latere interiore l. ſuperiore.*

Verticillata. 18. S. denticulis obſoletis, calycibus campanulatis denticulatis erectis verticillatis, pedunculis longiſſimis contortis.

Ellis corall. 23. *n.* 20. *t.* 13. *f. A.* Corallina ramoſa, ramis ſingulis equiſetiformibus, in ſummis capillamentis contortis et verticillatim diſpoſitis veſiculas campaniformes gerens.

Habitat in Oceano.

volubilis. 19. S. denticulis fecundis acutis, calycibus campanulatis dentatis, pedunculis longiſſimis contortis.

Ellis corall. 24. *n.* 21. *t.* 14. *f. A.* Corallina minima ſcandens, veſiculas campaniformes in ſummo caule lineari contorto gerens.

Habitat in Oceano.

20. S.

Cuſcuta. 20. S. denticulis obſoletis, calycibus ouatis axillaribus, ramis oppoſitis ſimplicibus.
Ellis corall. 28. *n.* 26. *t.* 14. *f. C.* Corallina cuſcutae forma minima ramoſa repens, ramulis oppoſitis, veſiculis minutiſſimis ouatis confertis: geniculis ramorum inſidentibus.
Habitat in Oceano.

Vua. 21. S. denticulis obſoletis, calycibus ouatis racemoſis, ramis vagis.
Ellis corall. 27. *n.* 25. *t.* 15. *f. C.* Corallina minima repens, veſiculis ouatis vuarum inſtar ramulis adhaerentibus.
Habitat in Oceano.

lendigera. 22. S. denticulis obſoletis, calycibus ſecundis cylindricis parallelis paſſim congeſtis, ſurculis filiformibus.
Ellis corall. 27. *n.* 24. *t.* 15. *f. B.* Corallina exigua caule geniculato ſcandens, veſiculis ex vnoquoque geniculo ſic diſpoſitis, vt ſyringam Panis referant.
Rai. angl. 3. *p.* 38. *n.* 3. Fucoides lendigerum, capillamentis cuſcutae inſtar implexis.
Habitat in Oceano.

geniculata. 23. S. denticulis alternis contortis, calycibus obouatis ſubroſtratis, caule geniculato flexuoſo ſimplici.
Ellis corall. 22. *n.* 19. *t.* 12. *f. B.* Corallina minima repens, caule nodoſo articulato veſiculis alternis inſtructo.
Habitat in Oceano.

dichotoma. 24. S. denticulis obſoletis, calycibus obouatis axillaribus, pedunculis intortis, caule dichotomo geniculato.
Ellis corall. 21. *n.* 18. *t.* 12. *f. A.* Corallina procumbens, caule corneo longo filiformi articulato, veſiculis ramorum axillis pedunculis contortis inſidentibus.
Habitat in Oceano.

ſpinoſa. 25. S. denticulis obſoletis, calycibus ouato-ſubulatis, ramis dichotomis ſpinoſis.
Ellis corall. 20. *n.* 17. *t.* 11. *f. B.*
Rai. angl. 3. *p.* 34. *n.* 7. Corallina confetuoides gelatinoſa alba, geniculis craſſiuſculis pellucidis.
Habitat in Oceano.

26. S.

pinnata. 26. S. denticulis obſoletis, calycibus ouatibus, caule ſimplici pennato lanceolato.
Ellis corall. 19. *n.* 16. *t.* 11. *f. A.* Corallina ſetacea inſtar arundinis geniculata, capillamentis ſingulis vnicuique geniculo alternatim diſpoſitis.
Habitat in Oceano.

polyzonias. 27. S. denticulis alternis ſubdenticulatis, calycibus obouatis polyzoniis, caule ſubramoſo.
Ellis corall. 5. *n.* 3. *t.* 2. *f. A, B. et t.* 28. *f.* 1.
Rai. angl. 3. *p.* 35. *n.* 13. Corallina minus ramoſa alterna vice denticulata, denticulis lineis transuerſis externe ſtriatis.
Habitat in Oceano.

ſetacea. 28. S. denticulis ſecundis ſubcylindricis, calycibus oblongis cauli adpreſſis, furculis alternato-pinnatis lanceolatis.
Ellis corall. t. 38. *f.* 4. Corallina ſetacea.
Habitat in Oceano.

ſtipulata. 29. S. denticulis ſecundis, calycibus campanulatis pedicellatis infra frondes, furculis alternato-pinnatis lanceolatis.
Ellis corall. t. 38. *f.* 5. Corallina capillamentis falcatis.
Habitat in Oceano.

Pennatia. 30. S. denticulis ſecundis, furculis bipinnatis.
Habitat in M. Indico. *Steller.*
Caulis *ſeſquipedalis, rudis, contortus, pinnatus Ramis alternis, ſubpetiolatis, diſtantibus, parallelis.* Rami *pennati radiis parallelis, approximatis et fere contiguis (vt in penna);* Radii *articulati, dorſo conuexi, ſed latere ſuperiore imbricati. Sic rami referunt ſtructura* Sert. plumam, *ſed diſtincta ſpecies magnitudine, compoſitione, approximatis radiis, facie.*

Lichenaſtrum. 31. S. denticulis obtuſis bifariam imbricatis, calycibus obouatis ſecundis parallelis, caule pinnato, ramis dichotomis.
Ellis corall. 11. *t.* 6. *f.* 10. Corallina erecta pennata, denticulis alternis cauli adpreſſis, lonchitidis l. polypodii facie.
Habitat ad Kamſchatka. *Steller.*

Caules *compressi, nudi, articulati.* Rami *distichi prodeunt, sed dichotomi, bifariam imbricati, foliolis obtusis (vti Ellis t. 6. f. A.), vt fere quadrangulares euadant. Ab altero latere tantum ramulorum* Ouaria *obouata, apice hiantia, sessilia, proxima, parallela et pectinata serie secundum vnicum s. interius latus ramuli.*

cedrina. 32. S. denticulis subcylindricis tubulosis quadrifariam imbricatis, ramis vagis quadrangulis sursum incrassatis.

Habitat ad Kamschatka. *Steller.*

Caules *longiusculi, sordidi et squalentes.* Rami *vagi, saepe dichotomi, sensim versus apices vix manifeste crassiores, obtusi, toti quadrifariam vndique imbricati tubulis cylindricis, flauescentibus, vnde rami valde quadrangulares euadunt. Differt a S. Thuia quod squamae non distinctae, sed omnino imbricatae, et quod quadrifariam imbricatae sunt, varius quinquefariam, nec bifariam.*

purpurea. 33. S. denticulis subouatis tubulosis quadrifariam subimbricatis, calycibus erectis campanulatis, ramis dichotomis quadratis.

Habitat ad Kamschatka. *Steller.*

Tota atro purpurea, dichotoma, fastigiata. Rami *tetragoni, quadrifariam angulis imbricati squamis tubulosis, ouatis, sed non ita confertis, vt sese tangant.* Ouaria (*forte*) *sunt squamae patentes, sursum instar campanae sessiles, turbinatae, quarum margo interior versus ramos breuior.*

flexuosa. 34. S. denticulis obsoletis, calycibus alternis ouatis sessilibus, caule simplici flexuoso.

Loesl. Act. Stockh. 1752. *p.* 114. *t.* 3. *f.* 5. 10. Madrepora plantaeformis mollis, caule flexuoso, ramulis alternis turbinatis.

Ellis corall. t. 38. *f.* 1. *A.* Corallina alterna vice denticulata.

Habitat in Oceano.

* * *Ouariis non distinctis, sed intra articulos latitantibus.*

Bursaria. 35. S. denticulis oppositis compressis fastigiatis, ramis dichotomis.

Ellis

Ellis corall. 41. *n.* 8. *t.* 22. *f. A.* Corallina cellifera minima ramosa, cellulis compressis oppositis, filiculae bursae pastoris formam aemulans.
Habitat in Oceano.

loricata. 36. S. denticulis oppositis truncatis obsoletis.
Ellis corall. 40. *n.* 7. *t.* 21. *f. B.* Corallina cellifera mollis ramosissima, geniculis ad loricae formam accedentibus.
Rai. suppl. 15. Muscus coralloides mollis elatior ramosissimus.
Plukn. mant. 56. Corallina geniculata mollis, internodiis rotundis breuioribus.
Habitat in Oceano.

fastigiata. 37. S. denticulis alternis acutis, ramis dichotomis fastigiatis.
Ellis corall. 33. *n.* 1. *t.* 18. *f. A.* Corallina cellifera erecta ramosissima tenerrima et plumosa.
Rai. angl. 3. *p.* 37. *n.* 20. *t.* 2. *f.* 1. Corallina pumila erecta ramosior.
Habitat in Oceano.

neritina. 38. S. denticulis alternis acutis, ramis dichotomis inaequalibus.
Ellis corall. 35. *t.* 19. *f. A.* Corallina cellifera americana.
Habitat in M. Mediterraneo *et* Americano.

scruposa. 39. S. denticulis alternis angulatis spinosis, ramis dichotomis.
Ellis corall. 38. *n.* 4. *t.* 20. *f. C.* Corallina cellifera minor repens ramosa et scruposa, cellulis alternis a latere angulatis.
Habitat in Oceano.

reptans. 40. S. denticulis alternis bidentibus, ramis dichotomis.
Ellis corall. 37. *n.* 3. *t.* 20. *f. B.* Corallina cellifera minor repens ramosa, tubulis laeuibus: interdum hamosis sparsim dispositis, fucis testisque alligata.
Rai. suppl. 15. Muscus coralloides pumilus ramosus.
Habitat in Oceano.

ciliata. 41. S. denticulis alternis ciliatis infundibuliformibus, ramis dichotomis.

Ellis corall. 38. *n.* 5, *t.* 20, *f. D.* Corallina cellifera minima erecta ramosa, cellulis infundibuliformibus basi coniunctis, oribus patentissimis superne ciliatis et alternatim prominentibus.
Habitat in Oceano.

chelata, 42. S. denticulis secundis ore subtus cornuto, ramis alternis.
Ellis corall 42. *n.* 9. *t.* 22, *f. B.* Corallina cellifera minutissima ramosa et falcata, cellulis simplicibus tauri cornu facie inuicem insertis.
Habitat in Oceano.

anguina, 43. S. denticulis nullis, surculis simplicissimis filiformibus obtusis.
Ellis corall. 43. *n.* 11. *t.* 22. *f. C.* Corallina anguiformis minutissima non ramosa.
Habitat in Oceano.
Alba, quasi ex pilis breuissimis, obtusis, curuis composita.

polypina, 44. S. corpusculis concatenatis pellucidis hyalinis, panicula subdigitata.
Ellis corall. 25. *n.* 22, *t.* 13. *f. B, C.*
Habitat in O. Europaeo, *imprimis in* M. Mediterraneo *super plantas aquaticas.*
Refert Corallinam s. Hydram, at pellucida tota.

309. HYDRA. *Flos* ore terminali cincto radiis. *Stirps* subradicata, gelatinosa, apice florifera.

Polypus, 1. H. nuda, tentaculis septenis capillaribus.
Fn. suec, 1283. Hydra viridis, corpore aequali, tentaculis corpore breuioribus,
Amoen. acad. 2. *p.* 63. Polypus subcylindricus, ore septis senis radiato.
Leeuw. act. angl. 261. *f.* 1, 2, 3, 4. *et* 183. *p.* 1494.
Trembl. polyp. t. 10. *f.* 8, 9.
Baker. polyp. 1714. *oct. t.* 1-22.
Baeck. Act. Stockh. 1746. *t.* 6. *f.* 1, 2.
Ellis corall. t. 26. *f. C.*

Schaeff.

Schaeff. monogr. 1754. *t.* 1. *f.* 1-15. *et t.* 2, 3.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

Variat colore; viridis *certe tentaculis breuiſſimis gaudet; reliqui longioribus; an itaque ſufficienter ſpecie diſtinguendae?*

Haec, ianuam aperiente Tremblaeo, *viam ad Zoophyta minutiſſima indigitabat.*

campanulata. 2. H. nuda, tentaculis ſenis, inuolucro campanulato. †
Amoen. acad. 2. *p.* 64. Polypus campanulatus integerrimus prolifer ſubcylindricus, ore ſetis obuallato.
Baeck Act. Stockh. 1746. *t.* 6. *f.* 5, 6.
Schaeff. monogr. 1754. *t.* 1. *f.* 4.
Habitat ad Angliam.
Vtrum ad Zoophyta aut Lithophyta ſit referenda, vlterius inquirendum.

ſocialis. 3. H. nuda mutica toroſa rugoſa.
Roeſ. inſ. 3. *p.* 584. *t.* 95, 96, 94. *f.* 4.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

ſtentoria. 4. H. nuda tentaculata, ſtirpe ſolitario ſenſim ampliato, apertura ciliata.
Roeſ. inſ. 3. *p.* 594. *t.* . . *f.* 5, 6, 7, 8.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

pyraria. 5. H. capſula mutica obouata, corpuſculo tentaculis bigeminis.
Roeſ. inſ. 3. *p.* 606. *t.* 98. *f. d, e.*
Habitat in Aquis *dulcibus.*

conuallaria. 6. H. capſula mutica campanulata, corpuſculo tentaculis bigeminis.
Roeſ. inſ. 3. *p.* 597. *t.* 97.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

crataegaria. 7. H. capſula mutica globoſa, corpuſculo tentaculis binis. †
Roeſ. inſ. 3. *p.* 604. *t.* 98. *f.* 3, 2: *a.*
Habitat in Aquis *dulcibus.*

opercularia, 8. H. capsula mutica ouali, corpusculo tentaculis ciliato. †
Roes. inf. 3. *p.* 609. *t.* 98. *f.* 5, 6.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

vmbellaria, 9. H. capsula ciliata globosa, corpusculo mutico.
Roes. inf. 3. *p.* 674. *t.* 100.
Habitat in Aquis *dulcibus.*
Capsula punctis lineaque flexuosa notata.

berberina, 10. H. capsula mutica ouali, corpusculo mutico. †
Roes. inf. 3. *p.* 673. *t.* 99.
Habitat in Aquis *dulcibus.*

digitalis, 11. H. capsula mutica cylindrica semiclausa. †
Roes. inf. 3. *p.* 607. *t.* 98. *f.* 4.
Habitat in Europae *aquis dulcibus.*
Ab orbe condito cimmeriis tenebris sepultos, hos mundi inuisibilis incolas, accensa face eduxit cum plurimis affinibus oculatissimus Roesel.

310. PENNATVLA. *Stirps* liber, subulatus: Basi laeui; Rachi pennata.
Os baseos commune rotundum.

phosphorea, 1. P. stirpe rachi vtrinque pennato.
Mus. Ad. Fr. 1. *p.* 69.
Tournef. inst. 569. Muscus pennam referens.
Barr. rar. t. 1273, 1274. Penna marina.
Bauh. hist. 3. *p.* 802. Penna marina.
Imperat. nat. 650. Penna marina.
Bauh. pin. 363. Muscus pennae similis.
Shaw. afr. app. 5. Fucus pennam referens.
Ginann. adriat. t. 55. *f.* 114. Penna marina.
Habitat in Oceano, *fundum illuminans.*

2. P.

filosa. 2. P. stirpe rachi vtrinque pennata: basi tentaculis duobus.
Bocc. mus. 1674. *p.* 286. *t.* 286.
Habitat in M. Mediterranei *Xiphiis.*
Setae 2, *rubrae, ad basin rachios pennatae insertae, ipsaque rachi longiores.*

Sagitta. 3. P. stirpe approximate pennato apice nudo.
Chin. Lagerstr. 42. *f.* 3.
Habitat in Pelagi *Lophiis Histrionibus, basi intra cutem inserta.*

mirabilis. 4. P. stirpe filiformi, pinnis lunatis pectinatis remotis distiche alternis.
Mus. Ad. Frid. 1. *p.* 96. *t.* 19. *f.* 4.
Chin. Lagerstr. 49.
Habitat in O. Norvegico.

311. TAENIA. *Stirps* liber, moniliformis, articulatus, membranaceus, articulis intus floriferis.

Os ad singulum articulum proprium.

Solium. 1. T. osculis marginalibus solitariis.
Amoen. acad. 2. *p.* 74. *t.* 1. *f.* 1.
Faun. suec. 1267. Taenia articulata teres.
Tyson. act. angl. 1683. *n.* 146. *t.* 1. *et* 2. *f.* 2, 6, 10. Lumbricus latus.
Andry lumbr. . . *f.* 5. Solium.
Bewerw. thes. 202. *t.* 202. *f.* 3.
Plater. prax. 993. Vermis cucurbitinus.

TAENIA *altera extremitate senescit, dum paritur ab altera, infinite procedens, vti radix Graminis.*

Tyson, Andry, Tulpius *aliique caput serpentiforme ad extremitatem crassiorem depinxerunt, et se hoc vidisse dixerunt, sed fallunt, cum omnis articulus propria vita gaudeat, nec vllus vermis capite instruatur, quod canicidiis constat.*

TAENIAE *articuli, distincti facti,* Cucurbitini *audiunt, renascentes novis articulis move matris, in infinitum, cum singulo articulo sit suum os, sua viscera.* Animalia *haec simplici catena composita, absque radice sunt, simillima vltimo ramo Sertulariae, latente intra vnumquemque articulum animalculo cum sua fructificatione.*

Coulet. monogr. Lumbricus latus.
Habitat in Inteſtinis Mammalium, Piſcium.

vulgaris. 2. T. oſculis lateralibus geminis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 7. *t.* 1. *f.* 2.
Faun. ſuec. 1266. Taenia articulata plana.
Plat. prax. 992. Lumbricus latus ſ. Taenia inteſtinorum.
Schenk. obſ. III. *p.* 408. Taenia.
Spigel. monogr. Lumbricus latus.
Barthol. act. 1673. *p.* 148. *t.* 39.
Andry lumbr. t. 9. Taenia vulgaris.
Bewerw. theſ. 202. *t.* 202. *f.* Taenia.
Gadd. ſatagund. 88.
Habitat in Fontibus *limo repletis. Ego, Gadd; frequens in* Homine, Canibus.

lata. 3. T. oſculis lateralibus ſolitariis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 80. *t.* 1. *f.* 3.
Habitat in Mammalium *inteſtinis.*

canina. 4. T. oſculis marginalibus oppoſitis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 81. *t.* 1. *f.* 4.
Ruyſch. obſ. 84.
Act. Stockh. 1747. *t.* 5. *f. a.*
Habitat in Mammalium *inteſtinis.*

312. VOLVOX. *Corpus* liberum, gelatinoſum, rotundatum, artubus deſtitutum.

Proles ſubrotundi, nidulantes, ſparſi.

globator. 1. V. globoſus.
Backer. microſc. 322.
Roeſ. inſ. 3. *p.* 617. *f.* 1-3. Globo-Animal.
Habitat in Europae *Lacubus.*

Volucr-

Voluendo ſeque rotando celeriter mouens absque artubus! viuiparus natis, nepotibus, pronepotibus, abnepotibus conſpicuis intra animalculum minutiſſimum.

Chaos. 2. V. polymorpho-mutabilis. †
Roeſ. inſ. 3. *t.* 101. *f. A - T.*
Habitat in Aquis *dulcibus.*
Forma propria deſtitutus omnes anomalas aſſumens et citiſſime immutans, Proteo *inconſtantior.*

APPEN-

Pauca haec vidimus operum DEI,
Multa obſcondita ſunt maiora his.
Syrac. XLIII: 3.

APPENDIX.

curculioides. A. CERAMBYX thorace mutico: ocellis quatuor nigris elytrisque fesquialtero, antennis mediocribus. (*pag.* 395 §. 44-45).
Habitat in Germania. *Berg Isacson.*
Statura et magnitudo Curculionis abietis. Thorax Elytraque nebulosa; strigis flauis, sparsis, vndatis. Ocelli 4 supra thoracem, quorum posteriores minores, prioribus approximati; Elytra singula in medio Ocello atro iride lutea et anterius ocello dimidiato minus euidenti.

Catax. A. PHALAENA *Bombyx* elinguis, alis reuersis flauis vnicoloribus: puncto flauo. (*p.* 500. §. 20-21).
Habitat in Germania. *Berg Isacson.*
Statura et Magnitudo PH. B. Neustriae, *sed tota flaua: alarum puncto centrali albo: margine obsolete rufo.* Inferior *Alarum margo reuersus albus.*

grammica. B. PHALAENA *Bombyx* spirilinguis, alis deflexis luteis: superioribus flauis nigro striatis; inferioribus fascia terminali nigra. (*p.* 506. §. 51-52).
Habitat in Germania. *Idem.*
Statura PH. Iacobaeae, *sed paulo maior. Alae* Superiores *angustae et fere lanceolatae, inferioribus pallidiores: Striis nigris subramosis; subtus versus apicem fuscescentes.* Inferiores *saturate-luteae: postice supra fascia latiuscula nigra et subtus fascia puncto maiusculo nigra.* Abdomen *luteum, quinquefariam nigro punctatum.* Antennae *nigrae, angustissimae, vt vix manifeste pectinatae.*

rufina. C. PHALAENA *Bombyx* spirilinguis cristata, alis rufis: fasciis subfuscescentibus: postica latiore; subtus rufescentibus. (*p.* 507. §. 57-58).
Habitat in Germania, *ab eodem.*
Antennae *angustissimae.* Tentacula *magis saturate rubra.*

Hecta. D. PHALAENA *Noctua* elinguis lutea, alis deflexis: superioribus fasciis duabus albidis obliquis punctato interruptis. (*p.* 508. §. 61-63).
De Geer. inf. t. 7. *f.* 12.
Habitat in Europa. *Clerck.*

Simil-

Simillima Phal. Lupulinae, *sed dimidio minor.* Antennae *similiter breuissimae, luteae.* Alarum *fascia e punctis maioribus. Synonymon itaque* De Geerei *ad Phal.* 63. *excludatur.*

teutonaria. E. PHALAENA *Geometra* pectinicornis, alis cinereo-grisescentibus: striga ferruginea, posteriusque ordine transverso punctorum nigrorum. (*p.* 522. §. 149-150).
Habitat in Europa. *Berg Isacson.*
Ordo punctorum etiam in inferiori pagina adest.

rurinana. F. PHALAENA *Tortrix* alis superioribus flauescentibus macula marginali posterius fusca. (*p.* 531. §. 213-214)
Habitat in Europa. *Clerck.*
Alae *flauescentes:* Inferiores *albidiores;* Superiores *in medio litura obliterata obliqua et macula fusca ad marginem exteriorem s. crassiorem, versus posteriora.*

vddmanniana. G. PHALAENA *Tortrix* alis cinereis macula ferruginea marginis dorsalis transuersa. (*p.* 513. §. 213-214).
Habitat in Europa. *Clerck.*
Alae Superiores *cinereae, parum nebulosae, margine exteriore strigis nigris minimis; in medio marginis dorsalis macula transuersa fusco-ferruginea.*

Planci. A. ASTERIAS stellata lobis quindecim echinatis. (*p.* 662. *n.* 8-9)
Column. phytob. app. t. 38. *f. A.* Stella marina pentecaidecatis.
Habitat ad Goam *Asiae.*

Ea quae scimus sunt pars minima eorum, quae ignoramus.

EMENDANDA.

p. 4. l. 2. interiori lege in interiore.
14. l. 9. a fine *solipedes* lege *solidipedes.*
21. l. 5. a fine post *tales.* adde: et morimur vt mortales.
221. §. 251. 155. 156.
284. §. 10. P deleatur.
317. §. 2. post *primus* deleatur P.
349. §. 30. 359. 349.
353. §. 58. 377. 357.
378. §. 11. 475. 474.
497. not. lin. 4. Furca, leg. *forficali.*
645. §. 266. TRITON leg. CHITON.
775. §. 621. t. 8. f. D. leg. tab. 7. f. G.